τὸς ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλων πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε καθ' ἕκαστα τῶν γιγνομένων, μάλιστα δὲ καὶ τότε, νομίζων ἐν δεινοῖς τε εἶναι καί, εἰ μὴ ὡς τάχιστα ἢ σφᾶς μεταπέμψουσιν ἢ ἄλλους μὴ ὀλίγους ἀποστελοῦσιν, οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν. φοβούμενος δὲ μὴ οἱ πεμπόμενοι ἢ κατὰ τοῦ λέ- 2 γειν ἀδυνασίαν ἢ καὶ μνήμης ἐλλιπεῖς γιγνόμενοι ἢ τῷ ὄχλῳ πρὸς χάριν τι λέγοντες οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσιν, ἔγραψεν ἐπιστολήν, νομίζων

Cap. 8. § 1. εἰ μὴ soli Vat. H. Ar. Chr.; reliqui ἢν μή, sed ita ut pars eorum infra μεταπέμψουσιν, non μεταπέμψωσιν, et plerique ἀποστελοῦσιν, non ἀποστείλωσιν habeant.

§ 2. μνήμης Vat. H. Vall., reliqui γνώμης, quod ferri non potest.

γενόμενοι M. H. F. I.

καὶ ἄλλοτε relatum notionem rei repetitae habet, apud μάλιστα δὲ καὶ τότε sonat mittere parabat. — μεταπέμψουσιν. Cf. adn. I 112, 3. — οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν. Herw. Stud. Thuc. p. 93 οὐδεμίαν ἂν εἶναι. Sed ἂν videtur abesse posse. Nam recta oratione Nicias dicere potest οὐδεμία ἐστὶ σωτηρία, εἰ μὴ . . . ἀποστελοῦσιν, si iam hoc ipso tempore de salute desperat. Cf. VI 6, 2 λέγοντες . . ., εἰ Συρακόσιοι . . . τὴν ἅπασαν δύναμιν τῆς Σικελίας σχήσουσι, κίνδυνον εἶναι μή ποτε . . . καὶ τὴν ἐκείνων δύναμιν ξυγκαθέλωσι, VI 91, 4 ὥστε μὴ περὶ τῆς Σικελίας τις οἰέσθω μόνον βουλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου, εἰ μὴ ποιήσετε τάδε ἐν τάχει. Aliter comparatum est VI 34, 2.

§ 2. ἀδυνασίαν. „Ἀδυνασία rursus est infra VIII 8, 4, ubi schol. Cass. adnotat: σημείωσαι, ἀδυνασία εἴρηται. Thomas Mag.: ἀκρατία, ἀδυνασία καὶ ἀνοητία παρὰ Θουκυδίδῃ μόνῳ. Pollux III 122 et VI 145 tam ἀδυνασία quam ἀδυναμία recte dici putat.“ Duk. „Frequentius sane ἀδυναμία, . . . non minus ἀνάλογον tamen et ἀδυνασία . . . ab ἀδύνατος, sicut ab ἀθάνατος fit ἀθανασία, ab εὔκρατος εὐκρασία.“ Bau. Cf. Bekk. Anecd. p. 345 et Lob. ad Phryn. p. 508. Utrumque legitur apud Herodot. — μνήμης ἐλλιπεῖς γενόμενοι. Hoc verendum erat, si omnia memoria tenere deberent; nam nonnulla vel sic eos coram dicere iussos esse verbis § 3 ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν et c. 10 ὅσα τε ἀπὸ γλώσσης εἴρητο αὐτοῖς contra Arnoldum miratum nuntios putatos esse rerum epistulae reminisci non potuisse adnotat Bloomf. in ed. 2. — ἔγραψεν ἐπιστολήν. Ex omnibus verbis scriptoris conici posse hanc primam fuisse epistulam a Nicia ex Sicilia missam, et id quidem verbis 11, 2 videri refutari, sed ibi ἐπιστολάς fortasse esse ἀγγελίας nunc explicat Bloomf. ad sententiam mutandam, ut videtur, motus a Thirlw. Hist. Gr. III p. 419, qui facilius, quanquam aegre, credi posse a Nicia 11, 1 ἐπιστολάς dici mandata nuntiis data quam aliam hic mentem scriptoris esse adnotat. Cf.

οὕτως ἂν μάλιστα τὴν αὑτοῦ γνώμην μηδὲν ἐν
τῷ ἀγγέλῳ ἀφανισθεῖσαν μαθόντας τοὺς Ἀθη-
3 ναίους βουλεύσασθαι περὶ τῆς ἀληθείας. καὶ οἱ
μὲν ᾤχοντο φέροντες ὡς ἐπέστειλε τὰ γράμματα
καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν· ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ

Pro *μάλιστα* Vat. *μόλις*.

αὐτοῦ Cass. Aug. Cl. Pal. Reg. Lugd. aliique, quod ferri sane potest. Cf. adn. III 22, 6.

§ 3. *οὓς ἀπέστειλε* codd. Cf. adn.

τὰ ante *κατὰ* om. Vat. H. Reg. Marc. K. Ar. Chr. Dan. et Bekk. *σφῶν* pro *ἔχων* coniciens. Sed cf. adn.

Thom. Mag. in h. v. — *ἐν τῷ ἀγγέλῳ*, culpa nuntii a se missi. Cf. Valck. ad Herodot. VIII 100 et Matth. Gr. § 577 p. 1341 sq. Singularem autem, etsi complures nuntios misit, quia nihil refert, utrum de uno an de pluribus cogitetur, posuit.

§ 3. *ὡς ἐπέστειλε*. De codd. scripturae integritate merito iam dubitavit Heilm. Nam *οὓς ἀπέστειλε* non solum inutile est, quoniam de aliis qui Niciae mandata pertulerint quam quos miserat cogitari omnino nequit, sed etiam male collocatum. Hoc cum perspexisset Pluygersius, in Mnemos. XI p. 94 *ἃ ἐπέστειλε καὶ ὅσα ἔδει* coniecit. Facilius est quod nos restituimus nec minus ad sententiam aptum. Significatur enim nuntios Niciae mandata ita pertulisse ut iis imperatum erat, partem in litteris, partem verbis. Parum prodest quod Class. sibi magis placere dicit, si quicquam mutandum esset, *οἷς ἐπέστειλε*. Nam quibus perferant mandata non minus ex se intellegitur quam qui perferant. — *ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν*. Sine causa in his verbis ex *φέροντες* pendentibus haeret Herw. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 293. Nam *φέρειν* eodem modo usurpatum est quo VI 41, 4, ubi cf. adn., et si non ita esset, zeugma statuere liceret. Cf. adn. VI 17, 3. — *ὁ δὲ . . . ἐπεμέλετο*, ille (Nicias) autem rebus exercitus magis custodiendo quam ultra adeundo pericula prospiciebat. Nam *διὰ φυλακῆς ἔχων* servato *τά* est idem atque *φυλάσσων*. Cf. Dion. Hal. Ant. IV 15. Matth. Gr. § 580; 1 e. Ad alterum autem enuntiatum non *ἔχων*, id quod Bloomf. et Class. censent, repetendum (neque enim dicitur *διὰ κινδύνων ἔχειν*), sed verba *δι' ἑκουσ. κινδ.* simpliciter posita sunt pro dativo instrumenti. Coniunctionem vocabulorum *ἑκούσιος κίνδυνος* Bloomf. exemplis similibus, ut *αὐθαίρετος κίνδυνος* VIII 27, 3 et *ἐθελούσιος κίνδ.* Xen. Anab. VI 5, 14, satis illustravit. Cf. adn. III 82, 2. Accus. autem *τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον* simul ad *ἐπεμέλετο* pertinet. Cf. adn. VI 41, 4. Potest quidem omisso *τά* locutio *διὰ φυλακῆς ἔχειν* intransitivo sensu accipi ut II 81, 4, ubi cf. adn., sed multo commodius est accus. *τὰ κατὰ τὸ στρ.* simul ad *διὰ φυλακῆς ἔχων* et *ἐπεμέλετο* referre quam ex verbis *κατὰ τὸ στρ.* ad *ἐπεμέλετο* genetivum *τοῦ στρατοπέδου* subaudire. Ipsum autem *τὸ στρατόπεδον* hic exercitus est, non castra. Significatur enim procul dubio Niciam iam tum aliam rationem atque antea inisse. Antea autem periculo commisit non castra, sed exercitum (6, 1—4). Neque causa est cur non

στρατόπεδον διὰ φυλακῆς μᾶλλον ἤδη ἔχων ἢ δι' ἑκουσίων κινδύνων ἐπεμέλετο.

Εὐετίωνος καὶ Περδίκκου στρατεία ἐπ' Ἀμφίπολιν.

9. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει τελευτῶντι καὶ Εὐετίων στρατηγὸς Ἀθηναίων μετὰ Περδίκκου στρατεύσας ἐπ' Ἀμφίπολιν Θρᾳξὶ πολλοῖς τὴν μὲν πόλιν οὐχ εἷλεν, ἐς δὲ τὸν Στρυμόνα περικομίσας τριήρεις ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἐπολιόρκει ὁρμώμενος ἐξ Ἱμεραίου. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

ἡ Νικίου ἐπιστολὴ ἐς Ἀθήνας ἐλθοῦσα ἀναγιγνώσκεται.

10. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἥκοντες ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ παρὰ τοῦ Νικίου ὅσα τε ἀπὸ γλώσσης εἴρητο αὐτοῖς εἶπον καί, εἴ τίς τι ἐπηρώτα,

μᾶλλον accessit ex Vat. H. Vall. idque ante oculos habuit Cass. Dio XLVII 36, 2 scribens ἀλλ' αὐτοί τε διὰ φυλακῆς μᾶλλον ἢ διὰ κινδύνων τὸ στρατόπεδον ἐποιοῦντο. Cf. etiam Haas. Lucubr. Thuc. p. 4.

ἢ δι' Vat. H., om. M. m. In plerisque libris ἤδη.

ἐπεμελεῖτο libri. Cf. sd. IV 118, 3.

Cap. 9. ἐτελεύτα τοῦτο Vat. H. Pal. m. aliique. Cf. II 92, 7. IV 49. V 12. 50, 5. 75, 6. 82, 6. 115, 4. VI 62, 5. VII 9. VIII 1, 4. 28, 5.

Cap. 10. ἐπηρώτα Vat. H. „Quae est minime spernenda scriptura, hoc sensu: et si quid quis *praeterea* interrogaret."

item διὰ φυλακῆς ἔχων ad exercitum referatur. Hunc enim Nicias iam magis in tuto habere quam periculis opponere studebat. Minime autem singulari τὸ στρατόπεδον, ut Class. opinatur, praeter castra etiam tria ad Plemmyrium castella (4, 5) comprehendi possunt. Castra autem, quae prius fuerant apud Sycam (VI 98, 2), tum iam in planitie infra Epipolas sita et prope τὸ διπλοῦν τεῖχος (VI 103, 1) videntur fuisse. Cf. adn. 6, 3 et 23, 2. 38, 2. 43, 2.

Cap. 9. μετὰ Περδίκκου. Hic igitur, qui h. l. a Thucydide postremum commemoratur, tunc rursus socius Atheniensium fuit, quod non est narratum. Nam postremo VI 7, 3 legimus ab Atheniensibus in urbem Methonen vicinam Macedoniae equites et Macedonum exsules missos esse, ut terra Perdiccae devastaretur. Quod autem scriptor illud antea non narravit, eius rei causa nobis in eo videtur quaerenda esse, quod extrema manus huic operi non est imposita. Cf. V 83, 4 ibique adn. — Θρᾳξὶ πολλοῖς, mercede haud dubie conductis. Cf. V 6, 2. — περικομίσας. Περί praepositionis vim ex situ Amphipolis, de quo cf. adn. IV 102, 4, explicari posse Haack. putat. Ducem Atheniensium per ostium Strymonis invectum et navibus flexum eius amnis circa Amphipolim secutum urbem oppugnasse adnotat Goell. — ὁρμώμενος. Cf. adn. I 64, 2. — Ἱμεραίου. „De hoc nomine silent omnes interpretes; hoc ipso tantum loco patet hoc Himeraeum prope Amphipolim situm fuisse." Haack.

Cap. 10. ἀπὸ γλώσσης. De hoc formula cf. Matth. Gr. § 396,

ἀπεκρίνοντο καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπέδοσαν. ὁ δὲ γραμματεὺς [ὁ τῆς πόλεως] παρελθὼν ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις δηλοῦσαν τοιάδε.

1 11. „Τὰ μὲν πρότερον πραχθέντα, ὦ Ἀθη- ἐν ταύτῃ οὖν πρῶτον μὲν
ναῖοι, ἐν ἄλλαις πολλαῖς ἐπιστολαῖς ἴστε· νῦν δὲ ἱστορεῖται

Goell. Vulgatam ἠρώτα tuetur Bloomf. putans copulatum verbum hic debere simplicis vim habere, quod non est verum.

ὁ τῆς πόλεως Vat. H., vulgo articulus abest. Cf. adn.

Cap. 11. § 1. πολλαῖς om. Vat. H. At 8, 1 legimus ἀγγέλλων πολλάκις καὶ ἄλλοτε.

adn. 2. — γραμματεὺς [ὁ τῆς πόλεως]. Cf. Poll. VIII 98 γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῷ τὰ γράμματα φυλάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ ἕτερος ἐπὶ τοὺς νόμους ὑπὸ τῆς βουλῆς χειροτονούμενος· ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς γραμματεὺς ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ. Patet postremo loco nominatum eum esse de quo hic sermo est. Cf. Suid. γραμματεύς· οὗτος πράξεως μὲν οὐδεμιᾶς ἦν κύριος, ὑπανεγίνωσκε δὲ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὰ πραττόμενα, Bekk. Anecd. p. 185 γραμματεύς· ὁ ἀναγινώσκων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὰ προστεταγμένα. Errore, ut videtur, huius scribae ministrum (ὑπογραμματέα), qui populi acta in publico praelegerit, significari putat schol. ὁ δὲ γραμματεύς] οὐ κυρίως γραμματέα λέγει τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, ἀλλ' ὑπηρέτην τὸν εἰωθότα ἐν τῷ κοινῷ τὰ τοῦ δήμου γράμματα ἀναγιγνώσκειν· τοῦτο δὲ οὐκ ἔντιμον ἦν. Seclusa del. Herw. in Mnem. nov. ser. VIII p. 293, quod hanc huius scribae appellationem omnes et scriptores et grammatici et inscriptiones perinde ignorarent. Quam suspicionem nobis maxime confirmat schol., qui non solum neque in lemmate neque in explicatione illa agnoscit, sed etiam τὸν γραμματέα τὸν τῆς πόλεως vix poterat non pro magistratu habere. Ceterum hunc scribam, qui pleno nomine γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, brevius γραμματεὺς τοῦ δήμου appellabatur, etiam κατ' ἐξοχὴν γραμματέα nominatum esse Suid. et Bekk. Anecd. loci supra allati ostendunt. Cf. Boeckh. Oec. civ. I p. 260. — δηλοῦσαν τοιάδε. „De epistula Niciae vid. Demetr. Phaler. § 237 [immo 228] et Aristid. t. II orat. 1 [sive t. I p. 363 sqq.]" Wass. „An rhetor, quem Demetrium Phalereum vocant, hanc epistulam recte tanquam exemplum epistularum nimis longarum et tumidioris stili proponat, iudicabunt alii; mihi non videtur. Certe non admodum accurate eam cum epistulis [Pseudo-] Platonis componit, inter quas triplo, quadruplo ac decuplo longiores sunt." Duk. „Hanc epistulam imitatur Procopius in ea, quam Belisarius ad Iustinianum misit." Bloomf. Est Goth. I 24. Cf. etiam Pompeii epist. in Sallust. fragm. Hist. l. III. A Diod. XIII 8, 6 parum diligenter argumentum huius epistulae refertur. Mentio eiusdem fit Plut. Nic. 19 extr. atque Dion. Hal. de Thuc. iudic. p. 921, a quo laudibus praedicatur. Add. Front. ad Ver. II 4 extr. Ab Aristide finguntur duae orationes Niciae epistula Athenas perlata habitae περὶ τοῦ πέμπειν βοήθειαν τοῖς ἐν Σικελίᾳ.

Cap. 11. § 1. ἐν . . . ἐπι-

τὰ ἀπὸ τοῦ Γύλιππον ἥκειν ἐν Σικελίᾳ πραχθέντα.

καιρὸς οὐχ ἧσσον μαθόντας ὑμᾶς ἐν ᾧ ἐσμὲν βουλεύσασθαι. κρατησάντων γὰρ ἡμῶν μάχαις ταῖς 2 πλείοσι Συρακοσίους, ἐφ' οὓς ἐπέμφθημεν, καὶ τὰ τείχη οἰκοδομησαμένων ἐν οἷσπερ νῦν ἐσμέν, ἦλθε Γύλιππος Λακεδαιμόνιος στρατιὰν ἔχων ἔκ τε Πελοποννήσου καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων ἔστιν ὧν. καὶ μάχῃ τῇ μὲν πρώτῃ νικᾶται ὑφ' ἡμῶν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἱππεῦσί τε πολλοῖς καὶ ἀκοντισταῖς βιασθέντες ἀνεχωρήσαμεν ἐς τὰ τείχη. νῦν οὖν ἡμεῖς μὲν παυσάμενοι τοῦ περιτειχισμοῦ 3 διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων ἡσυχάζομεν (οὐδὲ γὰρ ξυμπάσῃ τῇ στρατιᾷ δυναίμεθ' ἂν χρήσασθαι ἀπανηλωκυίας τῆς φυλακῆς τῶν τειχῶν μέρος τι

§ 2. ὁ Λακεδαιμόνιος Vat. H., ut VI 104, 1 Γύλιππος ὁ Λακεδ., ubi tamen articulus ideo potest additus esse, quia Lacedaemonius dux Corinthiis navibus opponitur. Sed cf. etiam adn. III 25, 1.

ἔκ τε Vat. H., reliqui τε om.

ἀπὸ om. Vat. H. At cf. I 35, 3 ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων πληροῦν τὰς ναῦς καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος καὶ οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ξυμμάχων. Add. IV 61, 7. VII 33, 3.

§ 3. τὸ ante πλῆθος om. Vat. H. E. Laur. Cf. II 89, 1.

χρήσεσθαι Cass. Aug. Pal. It. M. T. Reg. Lugd. Mosqu. K. m. Ar. Chr., χρήσεσθε Marc., χρῆσθαι H., quod, cum aoristus minus aptus sit, probant Burg. p. 190 et Cob. Mnemos. IX p. 354. Sed subaudiendum est εἰ αὐτοῖς ἐπέλθοιμεν, ad quod aor. inf. aptior quam praesentis. Vid. sd. III 28, 1.

ἐπαναλωκυίας Mosqu., reliqui ἀπαναλωκυίας. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 17.

στολαῖς ἴστε. De praepos. vid. Matth. Gr. § 577 p. 1341. et § 396 adn. 2, de ἐπιστολῆς voce adn. 8, 2. — ἐν ᾧ ἐσμέν, in quo statu simus. Cf. 14, 3. VI 6, 3. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 4.

§ 2. τῶν ἐν ... ἔστιν ὧν. Cf. 1, 5. — μάχῃ τῇ πρώτῃ. Vid. 5, 3. — τῇ δ' ὑστεραίᾳ. „Valla vertit secunda pugna ... Portus [postridie dicens] secutus est usitatissimam significationem τοῦ ὑστεραίᾳ. Altera interpretatio tamen defendi potest. Primum enim non liquet e c. 5 et 6 secundam pugnam, qua victi sunt Athenienses, postridie eius diei, quo victores fuerant, factam; nam Thucydides tempus non definit, sed dicit καὶ μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, αὖθις ἐπῆγεν αὐτοῖς. Deinde etiam alii ὑστεραίᾳ dicunt pro ὑστέρᾳ." Duk. Sed Thucydidem alibi hac voce sic usum esse non constat verbis I 44, 1 aut V 46, 1, ubi vid. adn. Et Plut. Nic. 19 τῇ μὲν οὖν πρώτῃ μάχῃ κρατήσαντες οἱ Ἀθηναῖοι τῶν Συρακουσίων

τοῦ ὁπλιτικοῦ), οἱ δὲ παρῳκοδομήκασιν ἡμῖν τεῖ-
χος ἁπλοῦν, ὥστε μὴ εἶναι ἔτι περιτειχίσαι αὐ-
τούς, ἢν μή τις τὸ παρατείχισμα τοῦτο πολλῇ
4 στρατιᾷ ἐπελθὼν ἕλῃ. ξυμβέβηκέ τε πολιορκεῖν δο-
κοῦντας ἡμᾶς ἄλλους αὐτοὺς μᾶλλον, ὅσα γε κατὰ
γῆν, τοῦτο πάσχειν· οὐδὲ γὰρ τῆς χώρας ἐπὶ πολὺ
διὰ τοὺς ἱππέας ἐξερχόμεθα.

1 12. Πεπόμφασι δὲ καὶ ἐς Πελοπόννησον
πρέσβεις ἐπ' ἄλλην στρατιάν, καὶ ἐς τὰς ἐν Σικε-
λίᾳ πόλεις Γύλιππος οἴχεται, τὰς μὲν καὶ πείσων
ξυμπολεμεῖν ὅσαι νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν
καὶ στρατιὰν ἔτι πεζὴν καὶ ναυτικοῦ παρασκευήν,
2 ἢν δύνηται, ἄξων. διανοοῦνται γάρ, ὡς ἐγὼ πυν-
θάνομαι, τῷ τε πεζῷ ἅμα τῶν τειχῶν ἡμῶν πειρᾶν
3 καὶ ταῖς ναυσὶ κατὰ θάλασσαν. καὶ δεινὸν μηδενὶ ἔπειτα ὅτι
ὑμῶν δόξῃ εἶναι ὅτι καὶ κατὰ θάλασσαν. τὸ γὰρ αἵ τε νῆες τῶν Ἀθη-

μὴ δυνατὸν εἶναι Vat. H. ex interpr.

Cap. 12. § 1. ἔτι καὶ στρατιὰν omnes praeter Vat.
§ 2. τῷ πεζῷ Vat. H. I. Mosqu. Sed. cf. 37, 1.

ὀλίγους τινὰς ἀπέκτειναν. — εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἔδειξεν ὁ Γύλιππος οἷόν ἐστιν ἐμπειρία κ. τ. λ.

§ 3. παρῳκοδομήκασιν ... τεῖχος ἁπλοῦν. Cf. 4, 1. 6, 1. 4. — τὸ παρατείχισμα τοῦτο. Cf. adn. 5, 1. Huc respicit Aristid. I p. 364 et 385. Antea de pronomine infinito cf. adn. III 55, 2.

§ 4. ὅσα γε. Cf. adn. IV 48, 5. — τῆς χώρας ἐπὶ πολύ. Ita iam IV 3, 2. — διὰ τοὺς ἱππέας, scil. κρατοῦντας τῆς γῆς 4, 6.

Cap. 12. § 1. πεπόμφασι ... οἴχεται. Vid. 7, 1. — τὰς μὲν καὶ ... ἀπὸ δὲ τῶν. De καί in utroque partitionis membro posito cf. adn. V 65, 3. Huic exemplo prorsus similia sunt Xen. Hist. Gr. IV 1, 15. VII 1, 46. Cyr. I 1, 1. II 2, 18. III 3, 67. V 4, 8. VII 1, 29. Oec. 14, 4. Quodsi ita καί particulae inter se referuntur, patet verborum collocationem, quam Vat. habet, praeferendam esse. — ἀπὸ δὲ τῶν. De collocatione verborum vid. adn. III 61, 1. — ἔτι, insuper, i. e. praeter eum exercitum pedestrem et apparatum navalem, quem iam miserant. Cf. 2, 1. 34, 1.

§ 2. τῶν τειχῶν ... πειρᾶν. Cf. adn. I 61, 4. Ad alterum membrum solum ἡμῶν audit Class., quod navibus impetum Syracusani in aperto mari, non in castella Plemmyrii facturi sint. Sane ita est, ut ex insequentibus cognoscitur, sed eundem genetivum possessivum et pro obiecto esse posse non credimus. Immo τῶν τειχῶν ἡμῶν verbis e contrario respondet κατὰ θάλασσαν et hoc ea ipsa de causa Th. addidit, ut illud ad alterum membrum non iam per-

ναίων διάβροχοι καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται.

ναυτικὸν ἡμῶν, ἧπερ κἀκεῖνοι πυνθάνονται, τὸ μὲν πρῶτον ἤκμαζε καὶ τῶν νεῶν τῇ ξηρότητί καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σωτηρίᾳ· νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι, τοσοῦτον χρόνον ἤδη θαλασσεύουσαι, καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται. τὰς μὲν γὰρ ναῦς 4
οὐκ ἔστιν ἀνελκύσαντας διαψῦξαι διὰ τὸ ἀντιπάλους τῷ πλήθει καὶ ἔτι πλείους τὰς τῶν πολεμίων οὔσας ἀεὶ προσδοκίαν παρέχειν ὡς ἐπιπλεύσονται. φανεραὶ δέ εἰσιν ἀναπειρώμεναι, καὶ αἱ ἐπιχειρή- 5
σεις ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἀποξηρᾶναι τὰς σφετέρας μᾶλλον [ἐξουσία]. οὐ γὰρ ἐφορμοῦσιν ἄλλοις.

§ 3. ἧπερ It. Pal., ὅπερ, quod olim vulgabatur, in lemmate schol. ὅπερ κἀκεῖνοι] γράφεται ἧπερ καὶ ἐκεῖνοι.

Pro κἀκεῖνοι καὶ ἐκεῖνοι Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. It. Reg. Laur. al. Utrumque Thucydideum. Vid. III 16, 4. VII 79, 4. VIII 27, 4. 71, 3.

§ 4. ἔτι πλείους D. H. Vall., qui atque etiam plures interpretatur; reliqui ὅτι πλείους.

§ 5. ἀναπειρώμεναι H., reliqui ἀποπειρώμεναι praeter ἀνα-[ού]πληρώμεναι I. Verum et ἀποπειρασόμεναι ita dicendum erat et respicitur ad 7, 4

ἐκείνους Aug. Ven. It. Vat. „Dativus est II 84, 2. III 12, 3. IV 29, 3. VIII 58, 6" Bekk. Cf. adn. II 84, 2.

καὶ τὸ ξηρᾶναι Vat. H., „i. e. κἀποξηρᾶναι" Bekk.

ἐξουσία, quod om. M., si abest, non desideratur.

tinere significaret. Itaque in hac parte πειρᾶν obiecto caret, de quo usu cf. adn. IV 25, 10. Detrimentum sententiae affert Herw. l. l. κατὰ θάλασσαν delens.

§ 3. ὅτι καὶ κατὰ θάλασσαν. In mente repete διανοοῦνται πειρᾶν. — τῇ σωτηρίᾳ, incolumitate. Contrarium est τὸ ἐφθάρθαι, quod quid sit, apparet ex 13, 2. — διάβροχοι. Opponuntur naves διάβροχοι, madore penitus hausto vitiosae, ταῖς ξηραῖς. Recte igitur Dukas οὐχ ὅτι, inquit, αἱ νῆες διέρρεον, τοῦτ' ἔστιν ὕδωρ διεχώρει αὐταῖς εἰς τὰ ἔνδον, ἀλλ' ὅτι διὰ πολλοῦ θαλασσεύουσαι ἐπιπολὺ διυγράνθησαν κἀντεῦθεν βαρεῖαι γενόμεναι δυσκίνητοι ἦσαν. Rimosae, rimas agentes sunt lexicographis recentioribus, sed cum iisdem navibus Athenienses postea ad pugnas navales usi sint, vix recte.

§ 4. τὰς μὲν γὰρ ναῦς. Enuntiatum huic contrarium sequitur 13, 2. — διαψῦξαι est idem quod paulo post ἀποξηρᾶναι. Cf. Poll. I 121 καὶ αἱ μὲν ἀθαλάσσευτοι καὶ ἀκραιφνεῖς καὶ ξηραὶ καὶ διεψυγμέναι, αἱ δὲ ἐντεθαλαττευκυῖαι, δίυγροι, ἀραιαί, διάβροχοι, VII 191 καὶ ἡ μὲν οὐκέτι πλέουσα ναῦς νενεωλκημένη, διαψυχομένη, ἀνειλκυσμένη. Similiter ἀναψύχειν Herod. VII 59. Xen. Hist. Gr. I 5, 10. — ἀντιπάλους τῷ πλήθει καὶ ἔτι πλείους. Cf. adn. III 17, 1.

§ 5. φανεραὶ . . . ἀνα-

1 13. Ἡμῖν δ' ἐκ πολλῆς ἂν περιουσίας νεῶν μόλις τοῦτο ὑπῆρχε καὶ μὴ ἀναγκαζομένοις, ὥσπερ νῦν, πάσαις φυλάσσειν· εἰ γὰρ ἀφαιρήσομέν τι καὶ βραχὺ τῆς τηρήσεως, τὰ ἐπιτήδεια οὐχ ἕξομεν, παρὰ τὴν ἐκείνων πόλιν χαλεπῶς καὶ νῦν ἐσκομι-
2 ζόμενοι. τὰ δὲ πληρώματα διὰ τόδε ἐφθάρη τε ἡμῖν καὶ ἔτι νῦν φθείρεται, τῶν ναυτῶν [τῶν] μὲν διὰ φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν καὶ ὑδρείαν μακρὰν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων· οἱ δὲ θεράποντες, ἐπειδὴ

Cap. 13. § 2. *νῦν ἔτι* F. Lugd. D. I. Mosqu. atque etiam H., nisi quod in hoc *ἔτι φθείρεται* in *ἐπιφθείρεται* transiit; *ἔτι* om. Reg. Marc. Plerumque quidem aut *ἔτι καὶ νῦν* aut (*καὶ*) *νῦν ἔτι* dicitur (cf. I 8, 1. 93, 5. II 15, 4. Schneid. ad Xen. Cyr. IV 2, 8); *ἔτι νῦν* tamen Dio Chrysost. XXXVI 9 et non raro Plut., ut Arat. 19. Thes. 21. 24. Rom. 14. 18.

καὶ ὑδρείαν μακρὰν Vat. H., reliqui, nisi quod pauci *μικρὰν* *πειρώμεναι*. Vid. 7, 4 et ibi adn.

Cap. 13. § 1. *ἐκ πολλῆς ... περιουσ. νεῶν ... καὶ μὴ ἀναγκαζομένοις ... φυλάσσειν*, si navium numero multo superiores essemus neque custodiam agere cogeremus. De *ἐκ* cf. adn. II 62, 5. Deinde *τοῦτο* est *τὸ ἀποξηρᾶναι*. Pergit scriptor explicare verba *αἵ τε νῆες διάβροχοι καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται* 12, 3. — *ἀφαιρήσομεν*, detrahemus, remittemus. Deinde *ἡ τήρησις* est *ἡ φυλακὴ τῶν ἐναντίων*.

§ 2. *τῶν ναυτῶν [τῶν] μέν*. Si *τῶν* cum codd. retinetur, altera nautarum pars desideratur. Nam *θεράποντες*, quicunque fuerunt, non videntur nautis adnumerari posse et mercennarii, ut ex verbis *οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι* apparet, ad pugnandum conducti erant. A Th. autem milites classiarii (*ἐπιβάται*) nusquam nautae appellantur. Cf. 1, 5. 14, 1. 70, 3. Itaque *τῶν* ex posteriore vocabuli *ναυτῶν* syllaba ortum esse putamus, praesertim cum ne 4, 6 quidem, ubi de eadem re sermo est, pars nautarum significetur. — *ἁρπαγήν*. Haec 4, 6 non commemorata est. — *οἱ δὲ θεράποντες ... αὐτομολοῦσι*. „Per anacoluthon et variationem est pro *τῶν δὲ θεραπόντων ... αὐτομολούντων*.“ Bau. Cf. 47, 2 *νόσῳ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν*. Et addito *ὡς* 15, 2 *ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μέν, ὅμως δὲ ... φθήσονται*. Cf. Paus. VII 18, 2. — *θεράποντες*. Cf. III 17, 3. IV 16, 1 et adn. VI 102, 2. Sed hic non videntur militum famuli fuisse, sed eorum opera in iis potissimum ministeriis navalibus versata esse, quae neque ad navigationem neque ad pugnam navalem pertinebant. — *ἐπειδὴ ἐς ἀντίπαλα καθεστήκαμεν*, postquam ad virium aequalitatem redacti sumus. Haack. Cf. adn.

ἐς ἀντίπαλα καθεστήκαμεν, αὐτομολοῦσι, καὶ οἱ ξένοι οἱ μὲν ἀναγκαστοὶ ἐσβάντες εὐθὺς κατὰ τὰς πόλεις ἀποχωροῦσιν, οἱ δὲ ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ τὸ πρῶτον ἐπαρθέντες καὶ οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι, ἐπειδὴ παρὰ γνώμην ναυτικόν τε δὴ καὶ τἆλλα ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνθεστῶτα ὁρῶσιν, οἱ μὲν ἐπ' αὐτονομίας προφάσει

habent, μακρὰν καὶ ὑδρείαν, quasi μακράν cum ἁρπαγήν cohaereat. At 4, 6 ὕδατι χρώμενοι οὐκ ἐγγύθεν.

ἀπεχώρουν H., quod ne propter εὐθὺς praeferendum putes, cf. adn.

αὐτομολίας codd. Cf. adn.

IV 117, 2. — οἱ ξένοι. Cf. adn. I 121, 3. — κατὰ τὰς πόλεις. Cum, quomodo hi peregrini navibus carentes Atheniensibus mari imperantibus in suas quisque urbes ex Sicilia fugere potuerint, non pateat, ipsius Siciliae urbes sunt intellegendae. Et infra quoque 25, 9 αἱ πόλεις sunt urbes Siciliae, etsi hoc nomen non antecedit. Inepte Bloomfieldius de Sicilia maxime cogitari dicens tamen verba in suas patrias urbes interpretatur, quasi illi peregrini Σικελιῶται fuerint; inepte etiam comparat διαλύεσθαι κατὰ τὰς πόλεις II 23, 3. 78, 2. III 26, 4; nam ibi κατὰ πόλεις sine articulo legitur. — εὐθὺς . . . ἀποχωροῦσιν, protinus (*ohne Weiteres*) abeunt. Contra altera pars (οἱ ὑπὸ . . . ἐπαρθέντες) ἐπ' αὐτονομίας προφάσει ἢ ὡς ἕκαστοι δύνανται. — ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ. Cf. VI 31, 3. Deinde ad ἐπαρθέντες audiri potest ἐσβῆναι. — ἐπ' αὐτονομίας προφάσει, causam praetendentes, quod ex liberis civitatibus (cf. 57, 9—58) et sui iuris sint ideoque ad Atheniensium militiam ultra quam ipsis placeat sustinendam non obligati. Codd. scriptura αὐτομολίας sanam sententiam non praebet. Transfugium enim mercennariis neque simulata neque vera abeundi causa esse potest. Nam neque simulato transfugio excusare possunt quod abeunt, neque revera abeunt quod transfugiunt, sed ut transfugiant. Consilium autem πρόφασις non significat. Neque difficultatem effugimus, si ἐπ' αὐτομολίας iungimus, ita ut αὐτομολίας sit accus. plur. Licet enim plur. excusetur, tamen προφάσει sic omni vi destitutum est. Grammaticae autem prorsus contraria est Grotii (Hist. Gr. VII p. 380 sq. vers. Germ. IV p. 214) interpretatio, qui illos non Atheniensibus, dum abeant, sed Syracusanis, postquam abierint et ad hos pervenerint, vult profiteri se transfugas esse. Neque Classeni explicatio, cui πρόφασις est *der wirklich vorhandene Anlasz*, probatur. Nam sive illos propter transfugium abire putat sive oblata transfugiendi occasione, illud non fieri iam diximus, occasionem vero apud Th. πρόφασις neque alibi neque iis locis quos Class. attulit (I 23, 6. 141, 1) significat. Veram huius loci emendationem primus invenit A. Passow. atque inter theses dissert. de comparat. Homericis (Berolini 1852) proposuit; deinde eandem tanquam novam et ipsi invenerunt Badham.

ἀπέρχονται, οἱ δὲ ὡς ἕκαστοι δύνανται (πολλὴ δ' ἡ Σικελία), εἰσὶ δ' οἳ καί, αὐτοὶ ἐμπορευόμενοι, ἀνδράποδα Ὑκκαρικὰ ἀντεμβιβάσαι ὑπὲρ σφῶν πείσαντες τοὺς τριηράρχους τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ναυτικοῦ ἀφῄρηνται.

1 14. *Ἐπισταμένοις δ' ὑμῖν γράφω ὅτι βραχεῖα ἀκμὴ πληρώματος καὶ ὀλίγοι τῶν ναυτῶν οἱ ἐξορ-* γ) ἄλλαι ἀπορίαι καὶ φόβοι τῶν Ἀθηναίων.
2 *μῶντές τε ναῦν καὶ ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν. τούτων δὲ πάντων ἀπορώτατον τό τε μὴ οἷόν τε εἶναι ταῦτα ἐμοὶ κωλῦσαι τῷ στρατηγῷ (χαλεπαὶ γὰρ αἱ ὑμέτεραι φύσεις ἄρξαι) καὶ ὅτι οὐδ' ὁπόθεν*

αὐτοὶ Vat. H., reliqui *αὐτοῦ*, quod languet; contra *αὐτοί* propter sequentia *ὑπὲρ σφῶν* aptissimum est.

Cap. **14.** § 1. *ἐξορμοῦντες* Cass. Aug. T. Reg. Marc. pr. Cl., quod semper intransitive dicitur. Cf. adn.
§ 2. *εἶναι* om. Cl. Ven. Cf. sd. 42, 3.

in Adhortatione ad discipulos acad. Sydneiensis (Sydneiae 1869), Forssmann. in Act. soc. phil. Lips. I p. 399 sqq., Krahner in Th. Kockii Verisim. p. 272. Reliquas coniecturas ad h. l. prolatas tacere praestat. — *πολλὴ δ' ἡ Σικελία.* Huc respicit Aristid. I p. 365. „Ubi ... nos lateant nec reprehendi queant; *πολλή*, spatiosa, magna.“ Bau. Cf. adn. V 110, 1. — *αὐτοὶ ἐμπορευόμενοι*, dum ipsi mercaturas faciunt. Cf. VI 31, 5 et ibi adn. — *ἀνδράποδα Ὑκκαρικά.* Vid. VI 62, 3. — *ἀντεμβιβάσαι ὑπὲρ σφῶν.* „Pleonasmus est, haud insolitus tamen, in praepp. *ἀντί* et *ὑπέρ*.“ Bau. Cf. adn. VI 73, 2. 104, 1. VII 6, 2. — *τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ναυτικοῦ.* Port.: exactam rei nauticae disciplinam. Cf. *τὸ ἀκριβές* VI 55, 3 ibique adn.

Cap. **14.** § 1. *βραχεῖα ἀκμὴ πληρώματος.* Non diuturnum esse classiariae multitudinis vigorem secundum schol. interpretatus erat Portus. Sed *βραχύ* hic non de temporis brevitate, verum de paucitate intellegendum esse demonstravit Bauer. Cf. adn. I 14, 3. Quare in illis verbis rarum pro non diuturnum substituit Haas. — *οἱ ἐξορμῶντές τε ναῦν καὶ ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν*, qui non solum remis navem incitant (cf. Poll. I 123 *τὰ δὲ ἔργα ἀνάγεσθαι, προσαναπειρᾶσθαι, ἐξορμᾶν τὴν ναῦν*), sed etiam remigium cohibent, ita ut remi paribus intervallis una impellantur, i. e. qui navem ita remis incitant, ut simul eius cursum aequabili remorum pulsu dirigant. Parum haec intellexit Class.

§ 2. *ταῦτα* omnia illa incommoda antea enumerata. — *χαλεπαὶ ... ἄρξαι.* „Ita de Atheniensibus Aristoph. Pac. 607 *Περικλέης ... τὰς φύσεις ὑμῶν* (ingenia vestra) *δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον.* Cf. id. Equ. 41 et 519 et Pac. 349.“ Bloomf. De *ἄρξαι*, ad obsequium redigere, cf.

ἐπιπληρωσόμεθα τὰς ναῦς ἔχομεν, ὃ τοῖς πολεμίοις
πολλαχόθεν ὑπάρχει, ἀλλ' ἀνάγκη ἀφ' ὧν ἔχοντες
ἤλθομεν τά τε ὄντα καὶ ἀπαναλισκόμενα γίγνεσθαι·
αἱ γὰρ νῦν οὖσαι πόλεις ξύμμαχοι ἀδύνατοι, Νάξος
καὶ Κατάνη. εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πο- 3
λεμίοις, ὥστε τὰ τρέφοντα ἡμᾶς χωρία τῆς Ἰταλίας,
ὁρῶντα ἐν ᾧ τε ἐσμὲν καὶ ὑμῶν μὴ ἐπιβοηθούν-
των, πρὸς ἐκείνους χωρῆσαι, διαπεπολεμήσεται
αὐτοῖς ἀμαχεὶ ἐκπολιορκηθέντων ἡμῶν [ὁ πόλεμος].

δ) αἰτήσεις Νικίου.

Τούτων ἐγὼ ἥδιω μὲν ἂν εἶχον ὑμῖν ἕτερα ἐπι- 4
στέλλειν, οὐ μέντοι χρησιμώτερά γε, εἰ δεῖ σαφῶς

§ 3. **διαπεπολεμήσεται** Ven. Vat. Mosqu. Ar. pr. M. corr. Cl. It., reliqui **διαπολεμήσεται.** Cf. adn.
ὁ πόλεμος non legit schol., cuius haec sunt verba: **διαπολεμήσεται αὐτοῖς] ἀντὶ τοῦ κατεργασθήσεται αὐτοῖς, διαπολεμήσεται ὁ πόλεμος.** Nam si legisset, quomodo **διαπολεμήσεται ὁ πόλεμος** per hoc ipsum interpretari poterat? Ex schol. **ὁ πόλεμος** in codd. irrepsit. Del. Krueg. Cf. adn.

§ 4. Vulgo **ὑμᾶς εἰδότας,** sed **ὑμᾶς** om. Vat. H. Reg. et interpretibus debetur.

adn. V 92. VI 42, 1. — **ἐπιπληρωσόμεθα τὰς ναῦς] τὰ πληρώματα ἀναπληρώσομεν.** Schol. De fut. cf. IV 8, 8. — **ἀλλ' ἀνάγκη ... γίγνεσθαι,** sed ex iis, quae nobiscum adduximus, necesse est non solum eorum numerum confici, qui superstites sunt, sed etiam eorum qui absumuntur, *daraus musz sowohl der Bestand als auch der Abgang aufgebracht, bestritten werden.* Eorum qui absumuntur numerum supplendo confici ex se intellegitur. Ex quibus autem supplerent habebant procul dubio subsidiarios. Similiter **γίγνεσθαι** usurpatum est apud Xen. Hist. Gr. IV 2, 7 **τὰ δὲ πάντα ἆθλα οὐκ ἔλαττον ἐγένοντο ἢ ἀπὸ τεττάρων ταλάντων.** Haec autem verba ad nautas potissimum spectare ostendit **ἀπαναλισκόμενα** de pereuntibus (cf. 13, 2) dictum (cf. 30, 3). Temere Herw. Stud. Thuc. p. 94 **τὰ δέοντα ἀεὶ ἀπαναλισκομένων** conicit. Articuli iteratione non opus esse intellegitur ex I 141, 1 **ἥ τε μεγίστη καὶ ἐλαχίστη δικαίωσις** similibusque exemplis. — **Νάξος καὶ Κατάνη.** Segestam non addit, sive quod remotior erat sive quod Selinuntiorum bello distinebatur.

§ 3. **ἓν ἔτι,** *nur noch eines* Cf. Plat. Conviv. 176 b. — **τὰ τρέφοντα ... τῆς Ἰταλίας.** Cf. VI 103, 2. — **ἐν ᾧ τε ἐσμέν.** Cf. adn. V 60, 3. Particula **τέ** ita collocata est, ut si alterum quoque membrum ex **ὁρῶντα** penderet. Cf. adn. I 16. — **διαπεπολεμήσεται,** debellatum erit, impersonaliter ut 25, 9.

§ 4. **ἂν εἶχον ... ἐπιστέλλειν,** potuissem scribere (si iucundis postponere utilia et vera voluissem). — **σαφῶς εἰδότας τὰ ἐνθάδε,**

εἰδότας τὰ ἐνθάδε βουλεύσασθαι. καὶ ἅμα τὰς φύσεις ἐπιστάμενος ὑμῶν, βουλομένων μὲν τὰ ἥδιστα ἀκούειν, αἰτιωμένων δὲ ὕστερον, ἤν τι ὑμῖν ἀπ' αὐτῶν μὴ ὁμοῖον ἐκβῇ, ἀσφαλέστερον ἡγησάμην τὸ ἀληθὲς δηλῶσαι.

1 15. *Καὶ νῦν*, ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἤλθομεν τὸ πρῶτον καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ δὲ Σικελία τε ἅπασα ξυνίσταται καὶ ἐκ Πελοποννήσου ἄλλη στρατιὰ προσδόκιμος, αὐτοὶ βουλεύσασθε ἤδη ὡς τῶν γ' ἐνθάδε μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνταρκούντων, ἀλλ' ἢ τούτους μεταπέμπειν δέον ἢ ἄλλην στρατιὰν μὴ ἐλάσσω ἐπιπέμπειν καὶ πεζὴν καὶ ναυτικὴν καὶ χρήματα μὴ ὀλίγα, ἐμοὶ δὲ διάδοχόν τινα, ὡς ἀδύνατός εἰμι

τὰ ἐνθάδε om. H., *τὰς ἐνθάδε* Vat.

Cap. **15.** § 1. *τὸ* ante *πρῶτον* om. Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. It. M. Reg. Marc. F. D. I. Mosqu.

αὐτοῖς βουλεύεσθε omnes praeter Vat. H. Cf. adn.

ἀνταρκούντων Aug. Pal. H. Marc. D., reliqui *αὐταρκ.*

τούτοις male Aug. Pal. It. Vat. M. I.

ἐμοί τε Vat. H. Sed particula adversativa ad oppositam sententiam aptior est.

clare cognita hac rerum nostrarum condicione. — *ὁμοῖον.* Cf. adn. II 54, 5.

Cap. **15.** § 1. *ὡς . . . γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε.* Cf. Xen. Anab. I 3, 6 adn. 5, 4. — *ἐφ' ἃ ἤλθομεν . . . μὴ μεμπτῶν γεγενημένων*, quarum rerum causa venimus . . . in iis non ita se gessisse, ut reprehendi queant. De *ἐπί* praep. cf. I 59, 2. V 87. — *αὐτοὶ βουλεύσασθε ἤδη ὡς*, iam ipsi consilium capite reputantes, ut supra *οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε ὡς.* Cum respiciatur ad *βουλεύσασθαι* 14, 4, praes. *βουλεύεσθε* (deliberate) minus aptum est. Sententiarum cohaerentia haec est: cum milites vestri et duces quantam poterant operam in exsequendis mandatis consumpserint, hostium autem vires in dies crescant nec superari possint, iam vestrum ipsorum est ex hac rerum condicione consilium capere. — *μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνταρκούντων*] *μηδὲ πρὸς τοὺς ἐνθάδε πολεμίους ἀντέχειν δυναμένων.* Schol. Verte: cum ne adversus praesentes quidem res sufficiant. — *μεταπέμπειν δέον . . . ἐπιπέμπειν.* Hoc *παρονομασίας* exemplum afferunt Tiberius *περὶ σχημ.* VIII p. 557 ed. Walz. et Alexander *περὶ σχημ.* ibid. p. 424. De mutata oratione *ἀνταρκούντων . . . δέον* cf. adn. 25, 9, de *μεταπέμπειν* adn. 8, 1. De re vid. Plut. Nic. 19. De vera Niciae sententia disputat

διὰ νόσον νεφρῖτιν παραμένειν. ἀξιῶ δ' ὑμῶν 2 ξυγγνώμης τυγχάνειν· καὶ γὰρ ὅτ' ἐρρώμην πολλὰ ἐν ἡγεμονίαις ὑμᾶς εὖ ἐποίησα. ὅ τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράσσετε, ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μέν, ὅμως δ', ἢν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν λήσουσιν ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ πρότερον, τὰ δὲ φθήσονται."

ψηφίσματα Ἀθηναίων. Εὐρυμέδων μὲν εὐθὺς ἀποπέμπεται ἐς τὴν Σικελίαν, Δημοσθένης δὲ μέλλει.

16. Ἡ μὲν τοῦ Νικίου ἐπιστολὴ τοσαῦτα 1 ἐδήλου. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες αὐτῆς τὸν μὲν Νικίαν οὐ παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' αὐτῷ, ἕως ἂν ἕτεροι ξυνάρχοντες αἱρεθέντες ἀφίκωνται, τῶν αὐτοῦ ἐκεῖ δύο προσείλοντο, Μένανδρον καὶ Εὐθύδημον, ὅπως μὴ μόνος ἐν ἀσθενείᾳ ταλαι-

Aristides t. II orat. 2 p. 37 seu 381. — νόσον νεφρῖτιν. Hoc morbo Niciam laborasse testantur etiam Plut. Nic. 17 et Suid. in v. *Νικίας*. „Est ad verbum renum dolor. Hippocrates de internis affectionibus quattuor huius morbi genera describit, quae omnia cum laboribus vel acribus doloribus inter vesicam onerandam coniuncta esse dicit; quare magis ex eo morborum genere videntur esse, quod nos *Steinschmerzen* vocamus. Morbus etiam Hippocrate teste glarea et calculis, quibus efficitur, exsectis sanatur." Bred.

§ 2. ἀξιῶ ... τυγχάνειν, postulo vel aequum censeo, ut veniam a vobis impetrem. Bloomfieldius nunc genetivum *ὑμων* ex v. *συγγνώμης τυχεῖν* aptum esse perspexit, sed *ἀξιῶ* male interpretatur *ἄξιός εἰμι*. — μέλλετε. Audi *πράσσειν*. — μὴ ἐς ἀναβολάς, nulla procrastinatione utentes. Eandem formulam habes apud Eur. Heracl. 270. Hel. 1297. Herod. VIII 21. Plut. Dem. 50. — ὡς τῶν πολεμίων ... φθήσονται. De mutata inde ab *ὅμως* voce oratione vide supra adn. 13, 2. — σχολαίτερον μέν, scil. *ποριουμένων*. — τὰ μὲν λήσουσιν ὑμᾶς ..., τὰ δὲ φθήσονται, scil. *πορισάμενοι*. Partitio eorum est, quae ex Peloponneso sibi comparabunt. — ὥσπερ καὶ πρότερον. „Nicias, quod naves Peloponnesiorum [in Siciliam profectae] non sint interceptae [vel cursu prohibitae], Atheniensibus domi versantibus videtur crimini vertere." Bloomf.

Cap. 16. § 1. παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς. *Καταλύειν* dicitur apud Xenoph. Illud redit VIII 54, 3 et alibi. — τῶν αὐτοῦ ἐκεῖ. Plut. Nic. 20 *τῶν αὐτόθι στρατευομένων*. Adverbium *αὐτοῦ* proximi *ἐκεῖ* vim intendit, ut in notissimis *αὐτὸς ἐκεῖνος*. Cf. *ἐνθάδ' αὐτοῦ* Soph. OC. 78 et adn. V 83, 1. — ὅπως ... ταλαιπωροίη. Hier. Muell.: *damit bei seiner Kränklichkeit die Last nicht auf ihm allein*

πωροίη· στρατιὰν δὲ ἄλλην ἐψηφίσαντο πέμπειν καὶ ναυτικὴν καὶ πεζὴν Ἀθηναίων τε ἐκ καταλόγου καὶ τῶν ξυμμάχων. καὶ ξυνάρχοντας αὐτῷ εἵλοντο Δημοσθένη τε τὸν Ἀλκισθένους καὶ Εὐρυμέδοντα
2 τὸν Θουκλέους. καὶ τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινὰς ἀποπέμπουσιν ἐς τὴν Σικελίαν μετὰ δέκα νεῶν, ἄγοντα εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου καὶ ἅμα ἀγγελοῦντα τοῖς ἐκεῖ ὅτι ἥξει βοήθεια καὶ ἐπιμέλεια αὐτῶν ἔσται.

1 17. Ὁ δὲ Δημοσθένης ὑπομένων παρεσκευάζετο τὸν ἔκπλουν ὡς ἅμα τῷ ἦρι ποιησόμενος, στρατιάν τε ἐπαγγέλλων ἐς τοὺς ξυμμάχους καὶ χρήματα αὐτόθεν καὶ ναῦς καὶ ὁπλίτας ἑτοιμάζων.

Cap. **16.** § 1. *ἐπεψηφίσαντο* Vat. H. Sed si scriptor abundanter loqui voluisset, aptius quam hoc erat *ἐπιπέμπειν*. Cf. 15, 1.

καὶ ante *ναυτικὴν* om. Vat. H. At vid. 7, 2. 15, 2.

πεζικὴν omnes praeter Vat. H. Cf. sd. VI 33, 2.

§ 2. *καὶ ἑκατόν* ex H. et Valla, apud quem centum viginti est, addiderunt Gail. Haack. aliique; *ἑκατὸν τεσσαράκοντα* Diod. XIII 8, 7, qui numerus (ρμ') facile ex ρκ' oriri poterat. „Viginti talenta menstruum viginti navium stipendium essent (VI 8, 1); cum autem classis, ne quid de terrestribus copiis dicamus, plus centum navibus constaret, tam parva pecunia ne in unam quidem hebdomadem sufficeret." Arn. Bloomfieldius nunc, ne verba a libris mss. parum firma recipere cogeremur, in numerali *εἴκοσι* erratum esse parum probabiliter suspicatur. Nec Boeckhii ratio probatur, qui Oec. civ. I p. 401 d, ut Th. cum Diodoro consentiat, Demosthenem postea (20, 2) centum et viginti talenta attulisse statuit. Nam apud Diod. legimus Athenienses centum et quadraginta talenta omnia cum Eurymedonte misisse.

ruhe. — *ἐκ καταλόγου*. Vid. adn. VI 43.

§ 2. *περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς*. „Diodorus [XIII 8, 7] in eo a Thuc. abit, quod Eurymedontem *περὶ τὰς θερινὰς τροπάς* in Siciliam missum dicit. Si non corruptus est locus, eum falli liquet etiam ex his, quae leguntur in extrema epistula Niciae: *ὅ τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράσσετε.*" Duk. Plut. Nic. 20 *Εὐρυμέδων διὰ χειμῶνος προεξέπλευσε χρήματα κομίζων κ. τ. λ.*

Cap. **17.** § 1. *στρατιὰν ... ἐπαγγέλλων*. Cf. III 16, 3 *ἐπήγγελλον τεσσαράκοντα νεῶν πλῆθος*, II 85, 3 *περιήγγελλον ναῦς κατὰ πόλεις*. Sic exercitum indicere et edicere Liv. Vid. Drak. ad XL 41, 7. Ceterum in *ἐπαγγέλλειν ἐς τοὺς ξυμμ.* densata est oratio complectens vim verbi *πέμψας*. Cf. adn. I 65, 2. — *αὐτόθεν*, ex Athenis.

πέμπονται δὲ καὶ νῆες ἐπὶ τοὺς Κορινθίους. διάνοια τούτων.

πέμπουσι δὲ καὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον οἱ Ἀθη- 2
ναῖοι εἴκοσι ναῦς, ὅπως φυλάσσοιεν μηδένα ἀπὸ
Κορίνθου καὶ τῆς Πελοποννήσου ἐς τὴν Σικελίαν
περαιοῦσθαι. οἱ γὰρ Κορίνθιοι, ὡς αὐτοῖς οἱ 3
πρέσβεις ἧκον καὶ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ βελτίω ἤγγελλον, νομίσαντες οὐκ ἄκαιρον καὶ τὴν προτέραν πέμψιν τῶν νεῶν ποιήσασθαι, πολλῷ μᾶλλον ἐπέρρωντο, καὶ ἐν ὁλκάσι παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες. ναῦς τε οἱ Κορίνθιοι
πέντε καὶ εἴκοσιν ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας τε 4
ἀποπειράσωσι πρὸς τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ φυλακήν, καὶ τὰς ὁλκάδας αὐτῶν ἧσσον οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι κωλύοιεν ἀπαίρειν πρὸς τὴν

Cap. 17. § 3. *οἵ τε πρέσβεις αὐτοῖς* omnes praeter Vat. H. Sed alii legatis in altero membro non opponuntur. Quare huc afferri nequit adn. I 16.

ἐς τὴν Σικελίαν Vat. H., reliqui *ἐν τῇ Σικελίᾳ*, quae frustra tuetur Bernh. Synt. p. 209.

§ 2. *φυλάσσοιεν*, infinitivus cum negatione sequitur ut III 23, 1. Cf. adn. III 51, 2. — *ἀπὸ Κορίνθου καὶ τῆς Πελοποννήσου.* Cf. adn. I 116, 3.

§ 3. *βελτίω*, scil. *εἶναι.* — *παρεσκευάζοντο αὐτοί τε* . . . Si deinde verba *τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες* abessent, oratio legitima esset; sed ibi scriptor ita perrexit, quasi alterum membrum suum verbum non esset habiturum. Cf. adn. I 16. De participiis cf. adn. II 18, 1. — *τῷ αὐτῷ τροπῷ*, scil. *ἐν ὁλκάσι.* — *πέμψοντες* participio, quod del. Herw. l. l., praesidio esse additum *τῷ αὐτῷ τρόπῳ* Class. dicit. Sane aut hoc simul videtur delendum esse aut omnia servanda.

§ 4. *ὅπως . . . ἀποπειράσωσι . . . κωλύοιεν.* Vid. ad III 22, 8. *Ἀποπειρᾶν τινος* hic et IV 24, 3 paulo aliter legitur atque II 93, 1, ubi vid. adn. Respondet ei *ἀπόπειραν λαμβάνειν* 21, 2. — *πρὸς τὴν . . . φυλακήν.* „Adversus illas, quae in statione erant apud Naupactum.“ Huds. Naupacti quidem „semper [cf. adn. III 114, 2] praesidium et statio Atheniensium erat; sed fortasse illae viginti naves eo missae sunt, quas paulo ante circum Peloponnesum missas refert. Certe 19, 5 dicit: *ταῖς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Ἀττικαῖς.* Cf. 34, 3.“ Haack. Et viginti fuisse numerum usitatum navium in illa statione collocatarum ex II 69, 1. 80, 4 apparere adnotat Arn. ad c. 31. — *πρὸς τὴν σφετέραν ἀντίταξιν τῶν τριήρων*, „i. e. *πρὸς τὰς ἑαυτῶν ταῖς Ἀττικαῖς ναυσὶν ἀντιτεταγμένας τριήρεις.*“ Ae. Portus. Pron. *σφετέραν* ad Corinthios spectat,

σφετέραν ἀντίταξιν τῶν τριήρων τὴν φυλακὴν ποιούμενοι.

Λακεδαιμόνιοι παρασκευάζονται ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβαλεῖν καὶ Δεκέλειαν τειχίζειν. αἰτίαι τῆς προθυμίας αὐτῶν. σίδηρον καὶ ἄλλα ἐργάζονται.

1 18. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀτ-
τικὴν ἐσβολὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τε προ-
εδέδοκτο αὐτοῖς καὶ τῶν Συρακοσίων καὶ Κοριν-
θίων ἐναγόντων, ἐπειδὴ ἐπυνθάνοντο τὴν ἀπὸ τῶν
Ἀθηναίων βοήθειαν ἐς τὴν Σικελίαν, ὅπως δὴ ἐσ-
βολῆς γενομένης διακωλυθῇ. καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης
προσκείμενος ἐδίδασκε τὴν Δεκέλειαν τειχίζειν καὶ
2 μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον. μάλιστα δὲ τοῖς Λακε-
δαιμονίοις ἐγεγένητό τις ῥώμη, διότι τοὺς Ἀθη-
ναίους ἐνόμιζον διπλοῦν τὸν πόλεμον ἔχοντας,
πρός τε σφᾶς καὶ Σικελιώτας, εὐκαθαιρετωτέρους
ἔσεσθαι, καὶ ὅτι τὰς σπονδὰς προτέρους λελυκέναι
ἡγοῦντο αὐτούς· ἐν γὰρ τῷ προτέρῳ πολέμῳ σφέ-
τερον τὸ παρανόμημα μᾶλλον γενέσθαι, ὅτι τε ἐς
Πλάταιαν ἦλθον Θηβαῖοι ἐν σπονδαῖς καί, εἰρη-
μένον ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις ὅπλα μὴ ἐπι-
φέρειν, ἢν δίκας ἐθέλωσι διδόναι, αὐτοὶ οὐχ ὑπ-

Cap. 18. § 1. ἀνεῖναι Vat. Sed praeceptum in universum valet.
§ 2. ὅτι τε Vat. H., reliqui τε om. Cf. ad. 1, 5.
ἐθέλωσι Gr., reliqui θέλωσι. Ἐθέλειν innumerabilibus locis scribitur apud Thuc., θέλειν aliquotiens in paucis depravatis libris; sed rarissime et, sicut apud Pind. Isocr. Demosth. (vid. Bensel. ad

ποιούμενοι ad Athenienses. Cf. Haas. Lucubr. Thuc. p. 8 sq.

Cap. 18. § 1. τὴν ἐσβολήν, irruptionem antea memoratam. Vid. VI 93, 1. — ὥσπερ τε προεδέδοκτο αὐτοῖς καὶ . . . ἐναγόντων. Rursus mutata est oratio; nam ita incepit, quasi καὶ οἱ Συρακόσιοι . . . ἐνῆγον subiuncturus esset, sed ita perrexit, ut si προδεδογμένου τε τούτου dixisset. Ceterum αὐτοῖς est ipsis, cum opponatur Συρακοσίων καὶ Κορινθίων. — Ἀθηναίων. Bekk. Ἀθηνῶν. Sed cf. adn. 42, 1 et ad. II 86, 6. — ὅπως δή. Cf. adn. V 85. — ἐδίδασκε. Vid. adn. IV 83, 3. De re cf. VI 91, 6. — Δεκέλειαν. Vid. 19, 2. — μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον. Eius pars proxima adeo nomen Δεκελεικοῦ πολέμου apud scriptores Graecos invenit. Vid. Krueg. ad Dion. p. 246.

§ 2. ῥώμη, animi robur, fiducia. Cf. 42, 2. adn. VI 31, 1. Krueg. ad Dion. p. 271. — ἐς Πλάταιαν ἦλθον. Vid. II 2, 1. — εἰρημένον. Cf. adn. I 140, 2. — ἐν ταῖς . . . ξυνθήκαις, ταῖς τριακοντούτεσιν. Vid. I 115, 1 et adn. I 78, 4. — δίκας . . . διδό-

ἤκουον ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Ἀθηναίων. καὶ διὰ τοῦτο εἰκότως δυστυχεῖν τε ἐνόμιζον καὶ ἐνεθυμοῦντο τήν τε περὶ Πύλον ξυμφορὰν καὶ εἴ τις ἄλλη αὐτοῖς ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι 3 ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ἐξ Ἄργους ὁρμώμενοι Ἐπιδαύρου τέ τι καὶ Πρασιῶν καὶ ἄλλα ἐδῄωσαν καὶ ἐκ Πύλου ἅμα ἐλῄστευον καί, ὁσάκις περί του διαφοραὶ γένοιντο τῶν κατὰ τὰς σπονδὰς ἀμφισβητουμένων, ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ἤθελον ἐπιτρέπειν, τότε δὴ οἱ Λα-

Areop. p. 257 et Saupp. ad Olynth. II 20 ed. Frank.), tantum ubi crasin vel aphaeresin statuas, in omnibus vel certe plurimis et optimis exstat, maxime post μή (II 51, 5. V 35, 3. 72, 1. VI 91, 4), semel (VI 34, 4) post εἰ.

ἐγένετο M. Lugd. Gr. F., reliqui γένοιτο praeter ἐγεγένοιτο Vat. conflatum ex ἐγένετο et γένοιτο. Cf. adn.

§ 3. ἐξ Ἄργους ὁρμώμενοι Vat. H., quae apud Vallam in ex agro profecti depravata sunt; reliqui ἐξ Ἄργους om. Cf. adn.

τι om. H., τέ om. omnes reliqui praeter Vat.

ἐλῄστευον Vat., reliqui ἐλῃστεύοντο. Quod cum medium, quod alibi nusquam legitur, esse posse non videatur, Arnoldus passivum ad Lacedaemonios referendum esse putat, comparans V 14, 3 λῃστευομένης τῆς χώρας ἐκ τῆς Πύλου. Sed quoniam et ἐδῄωσαν et ἤθελον ad Athenienses spectat, interpositum ἐλῃστεύοντο non bene de Lacedaemoniis dictum sit.

κατὰ σπονδάς Vat.; sed intelleguntur foedera Niciae et Plistoanactis.

ναι. Cf. adn. I 28, 2. — ἐς δίκας ... τῶν Ἀθηναίων. Vid. I 78, 4 et 145. — ἐνεθυμοῦντο, tanquam causam calamitatis cum animis suis considerabant. Cf. 50, 4. V 32, 1. — ἐγένετο. Optativus, quem plurimi libri exhibent, neque obliquus esse potest neque enuntiationis generalis. Nam pariter ad sententiam non conveniunt considerabant, num alia calamitas sibi accidisset et considerabant, quotienscunque alia calamitas iis acciderat (cf. II 75, 2). De recepta lectione cf. II 17, 1. III 35, 1. 54, 4. IV 69, 3. V 3, 4. 30, 2. VI 32, 2.

§ 3. ταῖς τριάκοντα ναυσίν. Sunt naves Argivis auxilio missae VI 105, 1. — ἐξ Ἄργους ὁρμώμενοι additur praeter ea, quae VI 105, 2 narrata sunt. Non potest omitti quod in plurimis codd. deest ἐξ Ἄργους. Nam proficisci eos, qui alienam terram devastent, tam ex se intellegitur, ut prorsus inepte addatur. Neque ex Attica cogitando suppleri potest. Nam eius supplementi nullum est indicium et, si esset, non conveniret illud ad participii ὁρμώμενος vim, quippe quod referri soleat ad stationem, unde profecti in aliena terra bellum gerunt. Cf. adn. II 64, 2. — οὐκ ἤθελον ἐπιτρέπειν, rem controversam iudicio permittere

κεδαιμόνιοι νομίσαντες τὸ παρανόμημα, ὅπερ καὶ σφίσι πρότερον ἡμάρτητο, αὖθις ἐς τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ περιεστάναι, πρόθυμοι ἦσαν ἐς
4 τὸν πόλεμον. καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ σίδηρόν τε περιήγγελλον κατὰ τοὺς ξυμμάχους καὶ τἆλλα ἐργαλεῖα ἡτοίμαζον ἐς τὸν ἐπιτειχισμόν. καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα ὡς ἀποπέμψοντες ἐν ταῖς ὁλκάσιν ἐπικουρίαν αὐτοί τε ἐπόριζον καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ὄγδοον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.

Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι Δεκέλειάν τε Ἄγιδος ἡγουμένου τειχίζουσι καὶ ἐς τὴν Σικελίαν ὁπλίτας ἀποστέλλουσιν.

1 19. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου πρώτατα δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσέβαλον· ἡγεῖτο δὲ Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ πρῶτον μὲν τῆς χώρας τὰ περὶ τὸ πεδίον ἐδῄωσαν, ἔπειτα Δεκέλειαν ἐτείχιζον, κατὰ πόλεις διελόμενοι τὸ
2 ἔργον. ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς

§ 4. ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ Vat. H. At vid. sd. III 25, 2.

Cap. **19.** § 1. πρώτατα (i. e. πρῴτατα) M. γρ. It., reliqui πρωίτατα vel πρωιαίτατα vel πρωαίτατα. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 20.
δὴ om. Vat.
Prius οἱ om. Vat. H. Ita Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι V 18, 1. VIII 58, 1, at οἱ Λακ. καὶ οἱ ξύμμ. III 15, 1. Atque Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι III 1, 1. 89, 1. IV 2, 1, sed οἱ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι II 71, 1.

nolebant. Cf. adn. I 28, 2. V 31, 3. — περιεστάναι, conversum esse (cf. adn. I 120, 5), recidisse.

§ 4. σίδηρον. Instrumenta ferrea, cum sequantur verba καὶ τὰ ἄλλα ἐργαλεῖα, interpretatur Held. ad Plut. Timol. p. 437. Cf. adn. IV 69, 2. — ἐπόριζον. Ne medio opus sit, dativum τοῖς ἐν τῇ Σικ. non solum cum ἀποπέμψ., sed etiam cum ἐπόριζον iungendum censemus. — προσηνάγκαζον, scil. πορίζειν. Cf. adn. I 106, 1.

Cap. **19.** § 1. ἐσέβαλον. De hac irruptione cf. Diod. XIII 9, 2. — περί. Cf. adn. I 14, 2. II 23, 1. — κατὰ ... διελόμενοι τὸ ἔργον. Cf. adn. II 78, 1.

§ 2. ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους ... εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Decelea ad introitum viae per Parnethem Oropum ferentis, ubi hodie sit Tatoi seu Tatoy, collocatur a Gell. It. per Graec. p. 106. Dodw. p. 502 (p. 333. ed. Germ.) Leak. de Pag. Att. p. 10 sq. (13 sq.

τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν, παραπλήσιον δὲ καὶ οὐ πολλῷ πλέον καὶ ἀπὸ τῆς Βοιωτίας. ἐπὶ δὲ τῷ πεδίῳ καὶ τῆς χώρας τοῖς κρατίστοις [ἐς τὸ κακουργεῖν] ᾠκοδομεῖτο τὸ τεῖχος, ἐπιφανὲς μέχρι τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως. καὶ 3 οἱ μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐτείχιζον· οἱ δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀπέστελλον περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ὁλκάσι τοὺς ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν, Λακεδαιμόνιοι μὲν τῶν τε Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους καὶ νεο-

§ 2. καὶ οὐ Vat. H. I. idemque, ut videtur, Valla scribens tantundem aut non multo plus a Boeotia; reliqui καὶ om. Cf. adn.

ἀπὸ H. D. Vall., τὰ ἀπὸ T., reliqui male ἐπὶ, quo recepto παραπλήσιον δὲ καὶ ... καὶ del. Krueg. Sed ne sic quidem explicationem habet ἐπί. Cf. adn.

§ 3. βελτίους Pal. Aug. M. Marc. Cass. Cl. Ven. B. C. F. G. T.

Vulgo τῶν νεοδαμωδῶν, sed invitis libris plurimis, qui τῶν om. Neque particulae τέ collocatione articulum flagitari docet

ed. Germ.) Bursian Geogr. I p. 335. — παραπλήσιον ... Βοιωτίας. Verba ipsa, postquam ἀπό pro ἐπί restitutum est, satis perspicua sunt et consuetudini sermonis consentanea (cf. adn. 12, 4. III 17, 1), sed difficultatem geographicam hic invenerunt, quod Decelea haud recte diceretur haud multo plus centum viginti stadiis a Boeotia afuisse. At secundum tabulam a Kieperto delineatam, quae est in eius Atl. Graec. et colon. Gr., via, quae Decelea Oropum et inde praeter oram ad fines Boeotiae ferebat, paulo longior erat quam centum viginti stadia. Oropiam autem Th. Atticae attribuit. Cf. adn. IV 91, 1. — ἐπὶ τῷ πεδίῳ, contra planitiem. Cf. adn. III 93, 2. V 33, 1. VII 27, 3. — τῆς χώρας τοῖς κρατίστοις, fertilissimis terrae partibus. Cf. Xen. Hist. Gr. III 4, 20 ἐπὶ τὰ κράτιστα τῆς χώρας. — [ἐς τὸ κακουργεῖν], quae si ipse Th. scripsisset, cum verbis ᾠκοδομεῖτο τὸ τεῖχος cohaererent, merito suspecta sunt Kruegero. Nam non solum nihil addunt ad sententiam, sed, cum eadem res ipsa praep. ἐπί exprimatur (cf. adn. III 93, 2. V 33, 1), eius vim inutiliter debilitant. — ἐπιφανές, ut καταφανές I 63, 2, ubi vid. adn. Cf. VI 96, 2. Rem ipsam iis, quae apud Xenoph. Hist. Gr. I 1, 35 de Agide e Decelea naves frumentarias in Piraeeum intrantes conspicato narrentur, confirmari adnotat Bloomf.

§ 3. ἀπέστελλον. Cf. adn. 20, 2. — ταῖς ὁλκάσι. „Ἐν ταῖς ὁλκάσι? ut VII 7, 3. 17, 3. [18, 4. 50, 1.]“ Krueg. Potest tamen non solum mittere in navibus onerariis, sed etiam mittere navibus dici, et similiter paulo post legimus οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπῆραν, quae nunc ipse Krueg.

δαμώδων, ξυναμφοτέρων ἐς ἑξακοσίους ὁπλίτας, καὶ Ἔκκριτον Σπαρτιάτην ἄρχοντα, Βοιωτοὶ δὲ τριακοσίους ὁπλίτας, ὧν ἦρχον Ξένων τε καὶ Νί-
4 κων Θηβαῖοι καὶ Ἡγήσανδρος Θεσπιεύς. οὗτοι μὲν οὖν ἐν τοῖς πρῶτοι ὁρμήσαντες ἀπὸ τοῦ Ταινάρου τῆς Λακωνικῆς ἐς τὸ πέλαγος ἀφεῖσαν· μετὰ δὲ τούτους Κορίνθιοι οὐ πολλῷ ὕστερον πεντακοσίους ὁπλίτας, τοὺς μὲν ἐξ αὐτῆς Κορίνθου, τοὺς δὲ προσμισθωσάμενοι Ἀρκάδων, καὶ ἄρχοντα Ἀλέξαρχον Κορίνθιον προστάξαντες ἀπέπεμψαν. ἀπέστειλαν δὲ καὶ Σικυώνιοι διακοσίους ὁπλίτας ὁμοῦ
5 τοῖς Κορινθίοις, ὧν ἦρχε Σαργεὺς Σικυώνιος. αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων αἱ τοῦ χειμῶνος πληρωθεῖσαι ἀνθώρμουν ταῖς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Ἀττικαῖς, ἕωσπερ αὐτοῖς οὗτοι οἱ

Elmsl. ad Eur. Heracl. 622. De accentu vocabuli νεοδ. cf. sd. V 34, 1.

ἐς ἑξακοσίους Vat., reliqui ἐς om. nec addit Diod. XIII 8, 3, unde tamen Th. id non scripsisse concludere non licet.

§ 4. ἐν τοῖς πρώτοις codd. Emend. Reiz. de accent. incl. p. 20, cui adstipulamur, non quo omnium primos significari putemus (cf. adn.), sed quod Th. in ἐν τοῖς locutionis usu constantem fuisse Bekk. auctore credimus.

ἀφῆκαν libri. Cf. V 81, 1, VII 53, 4. sd. IV 38, 1.

ἀπ' pro ἐξ Vat. Cf. VI 30, 2. VII 50, 1. VIII 53, 1.

§ 5. αὐτοῖς οὗτοι Vat., reliquorum plurimi et optimi αὐτοῖς om., pauci deteriores οὗτοι om. Cf. adn. III 98, 1.

comparat. — νεοδαμώδων. De his vid. adn. ad V 34, 1, de Helotis hoplitis Muell. Dor. II 37.

§ 4. ἐν τοῖς πρῶτοι non omnium primi vertendum est, sed inter primos. Cf. adn. III 17, 1. Antea autem iam profectae erant viginti quinque naves triremes Corinthiorum (17, 4. 19, 5). — ὁρμήσαντες. Cf. adn. II 19, 1. — ἀφεῖσαν. „Frequens est locutio nautica ἀφιέναι et uti h. l. ἀφιέναι εἰς τὸ πέλαγος, in qua supplendum τὴν ναῦν et τὰς ναῦς.“ Abr. Cf. Herodot. VII 193 et Lob. ad Soph. Ai. 250. Ἐνήσομεν εὐρέι πόντῳ similiter dixit Homerus. — προστάξαντες. Cf. adn. III 26, 1. — Σικυώνιοι, coacti. Vid. 58, 3. Ab his et Corinthiis et Boeotis coniunctis mille missos esse etiam Diod. XIII 8, 3 scribit.

§ 5. αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι ... εἴκοσιν Ἀττικαῖς. Cf. 17, 4. 31, 4. Polyaen. VI 23, qui Panormi (de quo loco cf. Thuc. II 86, 1) Corinthios stationem habuisse narrat. Non eaedem sunt hae viginti Atheniensium naves apud Naupactum stationem habentes atque quae 17, 2 circa Peloponnesum custo-

Cam. 34.] Respexit huc Polyaen. VI 3 σβεστήριον γὰρ πυρὸς μάλιστα ὄξος εἶναι δοκεῖ· ἄριστον δὲ κώλυμα πυρὸς ἐπαλειφόμενον ὄξος, ἥκιστα γὰρ τούτου πῦρ ἅπτεται." Bloomf. Ob haec verba potius aliquis σβεστήρια (πυρός) et κωλύματα (πυρός) discerni et inter se coniungi non posse crediderit. „Κωλύματα. Προκαλύμματα? nisi delendum est." Krueg., qui machinamenta dixisse pro eo Vallam addit. Προκαλύμματα nobis aptum non videtur. Κωλύματα abesse sane malis, cum subsidia restinguendis ignibus significentur, non impedimenta. Sed „Poll. I 168 σβεστηρίοις κωλύμασιν ἐχρῶντο. Videtur sumpsisse ex h. l." Duk. — καὶ παύσαντες . . . ἀπηλλάγησαν, et restincta non solum flamma, sed etiam impedita quominus prope accederet nave oneraria periculo liberati sunt, i. e. partim restincta flamma naves servarunt (scil. eas quas ignis iam corripuerat) partim amota nave oneraria (prohibentes scil., ne ignis eas corriperet). Similia τὲ — καί particulis iuncta sunt 4, 6; de addito μή cf. Matth. Gr. § 534 adn. 5, 4 et § 543 adn. 2. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 4. Hac explicatione causam sustulimus, qua commotus Herw. l. l. Classeni interpretationem, quam ne nos quidem probamus, vituperans Badhamum laudavit, quod καὶ παύσαντες τὴν φλόγα post τὴν ὁλκάδα transponi iussisset. Et quomodo flammam restingui opus erat, si providerant, ne navis oneraria prope accederet? Certe ignis propagari non poterat nisi ex hac propius admota.

Cap. 54. τῆς ἄνω. Ἄνω hic de tempore dictum voluit Portus, quod non videtur probari posse. Cum alterum proelium terrestre fuerit ad mare (53), id, ad quod hic respicitur (51, 2), in planitiei parte superiore, i. e. magis ad Epipolarum rupem vergenti, pugnatum esse censendum est. De iterato deinde articulo vid. Matth. Gr. § 276 et § 279 adn. 3. — ὅθεν = ἐξ ἧς (τῆς ἄνω ἀπολήψεως). — ἵππους. Cf. adn. 51, 2. — Ἀθηναῖοι δέ. Repete τροπαῖον ἔστησαν.

Cap. 55. § 1. λαμπρᾶς.

γὰρ ἐφοβοῦντο τὰς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἐπελθούσας), οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν καὶ ὁ παράλογος αὐτοῖς μέγας ἦν, πολὺ δὲ μείζων ἔτι τῆς στρατείας ὁ μετάμελος.
2 πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες, δημοκρατουμέναις τε, ὥσπερ καὶ αὐτοί, καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, οὐ δυ-

παντὶ ἤδη Vat. et vulgo Suid. in παράλογος, sed ibi δὴ ex duobus codd. restituit Bernhardy.

στρατείας codd., nisi quod στρατίας T. Lugd. Emend. A. Portus.

§ 2. ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ μεγέθει praeter Vat. codd. longe plurimi. Dativis repositis ἰσχυούσαις pro ἐχούσαις legendum conicit Duker, quam coniecturam commendat Bloomf. in ed. 2. Cf. adn.

Similiter τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς γεγενημένης Luci. Ver. Hist. 7. Verba valent proprie idem atque pleniora τῆς νίκης ἣν ἐνίκησαν λαμπρᾶς νίκης γεγενημένης. De vi voc. λαμπρός cf. I 49, 7. II 7, 1. Class. λαμπρῶς scripsit, cuius mutationis rationem non perspicimus, cum adiectivum praedicativum eandem vim habeat. — καὶ τοῦ ναυτικοῦ. *Etiam* classis dicit, quod pedestres Atheniensium copias statim post adventum Demosthenis vicerant. Eodem prorsus modo infra § 2 καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν. — πρότερον μέν. Est μέν solitarium, de quo cf. sd. I 69, 4. adn. II 65, 12. — ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν. De verbis ἐν παντί cum gen. coniunctis vid. Matth. Gr. § 442, 3. Krueg. § 47, 10 adn. 3. Saupp. ad. Xen. de Re equ. 12, 8. Herw. l. l. ἀθυμίας delet conferens Plat. Symp. 194 a. Euthyd. 301 a. Xen. Hist. Gr. V 4, 29. Sed his exemplis non probatur genetivum expungendum esse. Nam Plat. etiam ἐν παντὶ κακοῦ εἴης dixit de Rep. 579 b, et quanquam apud Xen. Hist. Gr. VI 1, 12 est εἰς πᾶν ἀφίκετο βασιλεύς, tamen apud Herod. VII 118 εἰς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο legitur. — τῆς στρατείας ὁ μετάμελος. Genetivus obiectivus est. Ipsa vox μετάμελος rarior quidem est, sed cum genetivo rei, cuius aliquem poenitet, exstat etiam apud Dion. Cass. Ioseph. Procop.

§ 2. πόλεσι γὰρ . . . ἐπελθόντες. Cum πόλεσι articulo careat et ὁμοιοτρόποις praedicati vice fungatur, haec verba idem sonant atque ἐπεὶ γὰρ αὗται μόναι ἤδη ἦσαν πόλεις ὁμοιότροποι αἷς ἐπῆλθον. De ἤδη, tunc, cf. adn. VI 31, 6. Syracusani item Atheniensibus ὁμοιότροποι fuisse dicuntur VIII 96, 5. — μεγέθη. Pluralem μεγέθη rarum praeterquam apud mathematicos et de sublimibus esse affirmans Bloomf., quod minus recte dictum esse exempla infra scripta ostendent, ut in Xen. Cyneg. 4, 1 τὰ μεγέθη μεταξὺ μακρῶν καὶ βραχέων et apud Theophr. in Steph. Thes. h. v. οὐκ εὔοσμα δὲ ῥόδα οὐδὲ μεγάλα τοῖς μεγέθεσι, ideo positum putat, quia referatur ad substantiva eiusdem numeri. Cf. de hoc abstractorum usu Bernh. Synt.

νάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτε ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς, τὸ διάφορον αὐτοῖς ᾧ προσήγοντο ἄν, οὔτ' ἐκ πα-

p. 62 sq. Kuehn. Gr. max. § 348, 3 adn. 3. Legi μεγέθη ὀρέων, σωμάτων, alia, sicut ὕψη, πλάτη, πλήθη, adnotat Did. Add. μεγέθη πόλεων Ios. B. I. VII 1, 2, οἰκοδομημάτων A. I. VIII 4, 1, ποταμῶν Aristid. I p. 225, περιβόλων ib. p. 524, magnitudines artium Cic. de Or. III 33, 132. Praeterea plur. μεγέθη haec exempla Krueg. attulit: Arist. Ran. 1057. Plat. Prot. 356 c. Crit. 115 d. Legg. 860 b. 861 e et conferri iubet suam Gram. dial. § 46, 5 adn. 1. Apud Thuc. tamen nusquam alibi pluralis μεγέθη, sed etiam de plurium magnitudine singularis I 2, 2. VII 72, 2 invenitur. — οὐ δυνάμενοι ... πολλῷ κρείσσονος, cum non possent neque reipublicae mutatione iis quicquam inferre, quo factionem iis adversariam sibi conciliarent, neque apparatu bellico multo superiore. Respondent autem verba οὔτ' ἐκ πολιτείας μεταβολῆς superiori δημοκρατουμέναις, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος praegressis ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, quo efficitur τὸ διάφορον αὐτοῖς ᾧ προσήγοντο ἄν ad prius tantum membrum pertinere. Cum enim in illis civitatibus penes populum sit potestas, nihil ex instituto populari imperio iis inferre possunt, quo popularem factionem in suas partes ducant; cum autem opibus et magnitudine multum valeant, ne bello quidem iis quicquam possunt detrimenti inferre. Verbum ἐπιφέρειν, quod in utramque partem dicitur, hic adversum aliquid inferre valet, ut in δουλείαν (III 56, 4. VI 82, 4), ἀδικίαν ἐπιφέρειν (III 42, 3); τὸ διάφορον αὐτοῖς (cf. VII 63, 3 τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις), in quo αὐτοῖς κατὰ σύνεσιν ad πόλεις refertur, factionem civitatibus ut tunc constitutae erant adversariam significat et τὸ διάφορον collective positum est pro τοὺς διαφόρους (cf. VI 80, 4), ut τὸ ἀντίπαλον pro τοὺς ἀντιπάλους II 45, 1, ubi cf. adn.; de verbis relativo praepositis cf. adn. III 39, 2. VI 33, 3; ad ᾧ προσήγοντο ἄν cogitando supple εἰ αὐτὸ ἐπήνεγκον. De omni sententia cf. VI 20, 2. Hanc interpretationem iam a schol. his verbis indicatam: ᾧτινι τῷ πράγματι, τῷ μεταβαλεῖν δηλονότι τὴν πολιτείαν, προσήγοντο ἂν (pass.) οἱ διάφοροι αὐτοῖς τοῖς Ἀθηναίοις iniuria aut non animadverterunt aut spreverunt editores τὸ διάφορον αὐτοῖς cum ἐπενεγκεῖν iungentes. Ita enim sana sententia non efficitur. Nam quod Goell. τὸ διάφορον vult epexegesin pronominis indefiniti esse vertens quicquam, quod causa discidii esse solet, neque τὸ διάφορον causa discidii est neque articulus ita excusatur. Ipsum discidium significari arbitratus Krueg. ita verba intellegit, quasi scriptum sit τὸ διάφορον ὃ αὐτοῖς ἐδύναντο ἐπενεγκεῖν οὐδὲν ἦν conferens I 140, 5 τὸ γὰρ βραχύ τι τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν et IV 27, 4 ὡρμημένους τι τὸ πλέον. Sed altero loco τὶ τὸ πλέον positum est ut alibi τὶ μᾶλλον (cf. adn. IV 21, 3); prior similitudinem ita tantum haberet, si hic scriptum esset τὸ διάφορόν τι τοῦτο, et licet τοῦτο abesse possit, τὸ διάφορόν τι, non τὶ τὸ διάφορον conveniens esset; deinde hoc loco male aptum esset pron. indefinitum vocabuli διάφορον vim deminuens, quod

ρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος, σφαλλόμενοι δὲ τὰ πλείω, τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν καὶ ἐπειδή γε καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι.

1 56. Οἱ δὲ Συρακόσιοι τόν τε λιμένα εὐθὺς
παρέπλεον ἀδεῶς καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ διενοοῦντο
κλήσειν, ὅπως μηκέτι, μηδ' εἰ βούλοιντο, λάθοιεν
2 αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἐκπλεύσαντες. οὐ γὰρ περὶ
τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποι-
οῦντο, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι, νομί-

οἱ Συρακόσιοι τὸν λιμένα κλῆσαι διανοοῦνται. ἐπῆρε δὲ αὐτοὺς πρὸς μεγίστην σπουδὴν ἄλλα τε καὶ

κρείσσους codd., post quod *ὄντες* addunt Vat. et in marg. Cl. Ven., quod ex interpretamento ortum esse ostendit schol. *πολλῷ κρείσσους*] *λείπει τὸ ὄντες*; *κρείσσονος* schol. Lugd. *οὐ δυνάμενοι δὲ οὔτ' ἐκ μεταβολῆς, ἐπεὶ ἡ αὐτὴ ἦν ἑκατέρων πολιτεία, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ μείζονος, ὅτι καὶ ἵππους καὶ ναῦς εἶχον ἐκεῖνοι ὁμοίως τοῖς Ἀθηναίοις* et Valla vertens maioribus quam illa haberet copiis.

Cap. **56.** § 2. *αὐτοῦ* It. Laur. Marc. Pal. Aug. M. m. Cass. Cl. T. Ven. D. G., quod contrario *ἐκείνους* convincitur.

idem I 140, 5 optime quadrat; tum ne hac quidem ratione articulus idoneam explicationem habet, cum discidium illud neque per se notum neque antea commemoratum sit; postremo Krueg. interpretatio rerum condicioni repugnat, cum civium discordia non efficiatur commutata republica, sed exstitisse putanda sit, priusquam ea commutatio fiat. Neque magis Class. interpretatio probatur, qui *τὸ διάφορον* rerum conversionem esse et *τι* post negationem ulla ratione valere putat. Nam praeterquam quod ne sic quidem articulus satis defenditur, neque habemus unde pendeat accus. pronominis indefiniti (quod enim Class. 57, 1 *οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον* affert, ibi *τὶ μᾶλλον* iungendum est) neque *τὸ διάφορον* rerum conversionem valere demonstratum est, cum ne 75, 7 quidem hanc vim habeat, sed diversitatem significet, quae exstitit inter ea quae Athenienses exspectaverant et precati erant et ea quae revera evenerunt (cf. ibi adn.). — In fine horum verborum recepimus scripturam *κρείσσονος*, qua cum congruant inter se *ἐκ πολιτείας μεταβολῆς* et *ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος*, sententiae perspicuitas valde augetur. Male Bekk. ex Vat. interpretamento (cf. sd.) *ὄντας* edidit. Sic enim *κρείσσους ὄντας* ad Syracusanos eorumque socios spectaret, quod vix convenit cum Gylippi verbis VII 67, 3 *εἴ τις καὶ τόδε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πεφόβηται*. De toto hoc loco cf. Symb. philol. Bonn. p. 390 sqq. — *σφαλλόμενοι τὰ πλείω*. Cf. adn. I 69, 5. — *τὰ πρὸ αὐτῶν*, ante haec, antea. Cf. adn. IV 64, 1. Intellegitur tempus id, quod fuit ante postremam pugnam navalem.

Cap. **56.** § 1. *διενοοῦντο κλήσειν*. Cf. adn. IV 115, 2.

ὅτι πλείστου ἄξιος ἦν ὁ ἀγών. ζοντες, ὅπερ ἦν, ἀπό τε τῶν παρόντων πολὺ σφῶν καθυπέρτερα τὰ πράγματα εἶναι καί, εἰ δύναιντο κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι· τούς τε γὰρ ἄλλους Ἕλληνας εὐθὺς τοὺς μὲν 〈ἂν〉 ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ φόβου ἀπολύεσθαι (οὐ γὰρ ἔτι δυνατὴν ἔσεσθαι τὴν ὑπόλοιπον Ἀθηναίων δύναμιν τὸν ὕστερον ἐπενεχθησόμενον πόλεμον ἐνεγκεῖν), καὶ αὐτοὶ δόξαντες αὐτῶν αἴτιοι εἶναι ὑπό τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ ὑπὸ τῶν ἔπειτα πολὺ θαυμασθήσεσθαι. καὶ ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀγὼν κατά τε 3
ταῦτα καὶ ὅτι οὐχὶ Ἀθηναίων μόνων περιεγίγνοντο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων, καὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ αὖ μόνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοη-

τὰ ante πράγματα om. Vat. Gr.
φόβῳ Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. It. Vat. Reg. Marc. F. Mosqu.
ἀπολύσεσθαι fortasse schol. legit, cuius ῥύσεσθαι interpretatio est.
αἴτιοι αὐτῶν Vat.

§ 3. μόνον utrobique codd. Quid legendum sit, luce clarius opposita ostendunt.

§ 2. ἀπό τε τῶν παρόντων, „i. e. per ea, propter ea, quae iam tenerent." Bau. Cf. Matth. Gr. § 573 p. 1330. — ἐς τοὺς Ἕλληνας . . . φανεῖσθαι similiter dictum est atque ἔς τινα δηλοῦν (I 90, 2), ἀποφαίνειν. Cf. adn. VI 41, 4. — τούς τε γὰρ ἄλλους Ἑλλ. His respondent infra καὶ αὐτοί. — ἐλευθεροῦσθαι . . . ἀπολύεσθαι. Particula ἂν addenda est, quod res non solum futuri temporis est pariter atque id quo eius causa continetur οὐ δυνατὴν ἔσεσθαι κ. τ. λ., sed etiam ἢν οὕτω ποιῶσιν subaudiendum. Similiter iuxta posita sunt inf. praes. cum ἂν et inf. fut. IV 13, 3. Cf. Stahl. Quaestt. gram. p. 6 sq.

§ 3. καὶ . . . δέ. Cf. adn. I 132, 4. — περιεγίγνοντο, superaturi erant. — τῶν ἄλλων . . . ξυμμάχων. Cf. adn. I 128, 5. — καὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ αυ μόνοι . . . Kruegero haec verba suspecta fuerunt, quod iis de gloria Syracusanorum detraheretur; sed cum eximia certaminis amplitudo describatur, quae in hostium multitudine et societatis magnitudine posita sit, cuius illi ipsi et cum potentissimis atque clarissimis civitatibus duces sint et acerrimi propugnatores, gloriam habent ex hostium potestate et sua inter socias civitates dignitate et virtute. Praeterea haec verba ea de causa in suspicionem vocari nequeunt, quod cum rerum veritate maxime

θησάντων σφίσιν, ἡγεμόνες τε γενόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἐμπαρασχόντες προκινδυνεῦσαί τε καὶ τοῦ ναυτι-
4 κοῦ μέγα [μέρος] προκόψαντες. ἔθνη γὰρ πλεῖστα δὴ ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε, πλήν γε δὴ

conveniunt. — ἡγεμόνες τε γενόμενοι ... καὶ ... ἐμπαρασχόντες iunge, ita ut haec duo membra pariter verbis περιεγίγνοντο μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν subiecta sint. Class. ἡγεμόνες γενόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων ita interpretatur, quasi Syracusani Corinthiorum et Lacedaemoniorum duces fuerint, quod ipsa verba non patiuntur. Praeterea ex VI 93, 2, ubi Gylippus Syracusanis dux praefectus, ut his quam celerrime auxilium veniat, a civibus suis cum ipsis Syracusanis et Corinthiis consultans providere iubetur, clarissime cognoscitur bello administrando cum Syracusanis Lacedaemonios et Corinthios praefuisse. Deinde bello Siciliensi Syracusanis consiliorum atque conatuum summus dux atque auctor praeter Hermocratem est Gylippus (cf. 3, 1—4. 5, 1—6, 4. 21. 69, 1); uno loco Corinthiorum duces proprium consilium capiunt (39, 2). De ἐμπαρασχόντες cf. adn. VI 12, 2. — προκινδυνεῦσαί τε καὶ ... προκόψαντες ita iuncta sunt quasi scriptum sit προκινδυνεῦσαί τε καὶ ... προκόψαι, i. e. cum urbem suam permisissent ad propugnandi periculum subeundum et rem navalem facultatibus eius magnopere promovendam; sed alterum membrum liberius conformatum ad ἐμπαρασχόντες Th. accommodavit. Cf. adn. V 11, 1. 108. VI 61, 5. Madv. Adv. crit. I p. 332 τὲ — καί particulis iuncta esse vult προκινδυνεῦσαι et τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος, ita ut ad μέγα μέρος sumatur tantum παρασχόντες; praeterea cohaerere haec: καὶ οὐδ' αὐτοὶ αὖ μόνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν ... προκόψαντες. Sed haec ratio non solum durissima est, sed etiam dubium, num ex aliquo verbo partem eius subaudire liceat; deinde intransitivum προκόπτειν (progressus facere) hic parum definitum est neque Atticis scriptoribus usitatum. Transitivum autem προκόπτειν cum genetivo iungi solet (cf. adn. IV 60, 2). Quod cum hic propter additum μέρος fieri nequeat et alibi apud προκόπτειν sola neutra οὐδέν, πολύ, τί, similia legantur, recte Krueg. hic μέρος deletum cupit. Nam aliud est quod non solum μετέχειν τινός dicitur, sed etiam μετέχειν μέρος τινός; hoc enim secundum Krueg. Gr. § 46, 5 explicandum est, quod in μέρος προκόπτειν non cadit.

§ 4. ἔθνη γὰρ ... ξυνῆλθε. Γάρ respicit maxime ad verba τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων et μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσι. Ἐπί non est adversus, sed ad, ut II 67, 1, ubi cf. adn. Comprehenduntur enim socii et hostes Syracusanorum. Pro ταύτην Krueg. suspicatur ταῦτα scribendum esse; sed intellegendum est, quasi scriptum sit ἐπὶ ταύτην μίαν πόλιν οὖσαν ξυνῆλθε. Cf. adn. 55, 2. — πλήν γε δὴ ... Λακεδαιμονίων. Quod in codd. traditum est λόγου explicationem non habet. Nam quod eandem fere vim atque ἀριθμόν id habere putant, quia ὁ λόγος ὁ πρὸς ...

*τοῦ ξύμπαντος ὄχλου τοῦ *ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων.*

ἕπεται οὖν κατάλογος α' τῶν μετ' Ἀθηναίων στρατευσάντων.

57. *Τοσοίδε γὰρ ἑκάτεροι ἐπὶ Σικελίαν τε καὶ* 1
περὶ Σικελίας, τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν ἐλθόντες, τοῖς δὲ ξυνδιασώσοντες, ἐπὶ Συρακού-

§ 4. *τοῦ ξύμπαντος λόγου* codd. Cf. adn.
Cap. 57. § 1. *ἐπὶ Συρακούσας* codd. Cf. adn.

proprie sit ratio quae fuit ad ..., *das Verhältnisz, welches stattfand zu* ..., non perspicitur, quomodo inde numeri significatio evadere possit. Neque aptum est *ξυλλόγου* ab Heilmanno propositum, quod ad exercitum recensendi causa congregatum pertinet. Sed *ὄχλου* cum Krueg. legendum esse 75, 5 *μυριάδες γὰρ τοῦ ξύμπαντος ὄχλου οὐκ ἐλάσσους τεσσάρων ἅμα ἐπορεύοντο* clarissime ostendit. Quem qui secuti sunt *ξυνελθόντος* ad articulum qui insequitur solent subaudire. Sed infinitivus et participium ex alia verbi forma subaudiri non possunt nisi in complendo enuntiato pendenti, velut V 80, 2 *οὐ μέντοι εὐθύς γε ἀπέστη, ἀλλὰ διενοεῖτο* scil. *ἀποστῆναι* (cf. II 34, 2. 54, 2. III 47, 4. IV 54, 4. 106, 2. V 38, 4. 62, 1. VI 34, 5. 72, 3. 103, 4. VII 66, 3), *ὅτι καὶ τοὺς Ἀργείους ἑώρα* scil. *ἀποστάντας* (cf. I 78, 4. II 73, 3. IV 41, 3. 96, 1. VI 99, 2. VII 69, 1). Ac ne sana quidem sententia sic evadit. Quomodo enim illam multitudinem ad urbem vel civitatem Atheniensium et Lacedaemoniorum convenisse statuamus? Itaque ne recepto quidem *ὄχλου* locum plane in integrum restitutum esse putamus, sed excidisse post *τοῦ* quo *πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων* pertineat. Maxime in promptu est de omisso *ξυστάντος* cogitare, quo addito haec evadit sententia: scilicet praeter universam multitudinem, quae in hoc bello ad Atheniensium civitatem et Lacedaemoniorum se adiunxit. Verborum igitur conexus hic est: ad unam Syracusarum urbem plurimae gentes ad pugnandum convenerunt, excepta scilicet universa multitudine quae toti bello Peloponnesiaco interfuit.

Cap. 57. § 1. *ἐπὶ Σικελίαν.* „*Σικελίᾳ*?" Krueg. Nos, sive haec cum *ἐλθόντες* iunguntur, sive, ut Krueg. nunc interpunxit, cum *ἐπολέμησαν*, tantum abest, ut dativum malimus, ut, qui ferri possit, vix intellegamus; neque enim similia sunt exempla ad I 40, 6 adnotata. Iungendum autem est *ἐπὶ Σ.* procul dubio pariter atque *περὶ Σ.*, de Sic., ad eam defendendam, cum *ἐπολέμησαν*. Cf. Krueg. Gr. § 48, 9 adn. 3. — *ἐπὶ Συρακούσαις ἐπολέμησαν* = *ἐς τὸν ἐπὶ Συρακούσαις πόλεμον κατέστησαν.* Codd. scripturam Arnoldus interpretatur *ἐς πόλεμον* sive *μετὰ πολέμου ἐπὶ Συρακούσας ἦλθον*, sicut *βοηθεῖν ἐπὶ πόλιν* dicatur. Sed ipsum *βοηθεῖν* proprie est auxilio venire, et *πολεμεῖν ἐπί τινα* alibi est contra aliquem bellum gerere, quod hic propter *ἐπὶ Σικ.* non admittitur et quod de utraque pugnantium parte sermo est. Displicuit Class. Baueri emendatio; qua de causa, neque ipse dixit nec nos suspicari possumus. Nobis magis placet quam cum Class. *ἐπὶ Συρ.* delere, quoniam sic accuratius repetitur

σαις ἐπολέμησαν, οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον οὐδὲ κατὰ ξυγγένειαν μετ᾽ ἀλλήλων στάντες, ἀλλ᾽ ὡς ἕκαστοι τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγ-
2 κῃ ἔσχον. Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακοσίους ἑκόντες ἦλθον, καὶ αὐτοῖς τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ νομίμοις ἔτι χρώμενοι Λήμνιοι καὶ Ἴμβριοι καὶ Αἰγινῆται οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον καὶ ἔτι Ἑστιαιῆς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ [Ἑστίαιαν οἰκοῦντες],

ἑκάστοι (οις) Vat., ἕκαστοι I., ἕκαστος marg. Lugd., ἑκάστοις reliqui. Krueger ad Dion. p. 122 et Goeller ἕκαστός τις scripserunt, ille proximum τῆς in τις mutans, hic τις simpliciter inserens. Sed frustra. Vid. adn. Nunc autem Krueger solum ἕκαστος recepit. Scripturam ἕκαστοι primus tuitus est Boehm. recepta vulg. ἔσχον, pro qua plurimi et optimi libri ἔσχεν habent.

superiorum verborum ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε sententia. — τὶ μᾶλλον. Cf. adn. IV 21, 3. VII 55, 2. — μετ᾽ ἀλλήλων στάντες. Cf. adn. III 10, 2. — ἀλλ᾽ ὡς ... ἔσχον. Ex scriptura olim vulgata ἔχει impersonaliter positum est. „Cf. Herodot. VII 188 τοῖσι οὕτω εἶχε ὅρμον.“ Arn. Quae Krueger propter aoristum, pro quo malis εἶχεν, ut ὡς τάχους εἶχε et similia constanter leguntur, et articulum ad vulgatam defendendam negat sufficere. Sed de articulo cf. Lob. ad Phryn. p. 280; alteri causae obsecuti Boehmio auctore ἕκαστοι ... ἔσχον scripsimus, praesertim cum ipse Th. sic nusquam impersonali ἔχειν utatur. De genet. vid. adn. I 22, 3. II 90, 4; aor. incohativus est ut V 26, 2. Vertimus igitur: ut quique aut propter commodum aut necessitate in eam condicionem venerunt, ut id iis contingeret. Ut antea scriptum est κατὰ δίκην et κατὰ ξυγγένειαν, ita his hic respondent κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκῃ (i. e. κατ᾽ ἀνάγκην).

§ 2. Δωριέας Συρακοσίους, i. e. Συρακοσίους Δωριέας ὄντας. Cf. adn. § 8. — ἑκόντες. „Valla non vertit. An ἐπιόντες?“ Krueg. At hoc Th. dicit Ath. nulla re, velut foedere vel societate, coactos esse, ut expeditionem susciperent. — Tum αὐτοῖς pendet ex τῇ αὐτῇ. — ἔτι χρώμενοι. Eadem etiam tum lingua iisdemque institutis atque Athenienses utebantur, cum alii eorum coloni ea mutavissent. — Λήμνιοι. Quo modo Lemnus colonia Atheniensium facta sit, de eo cf. Herodot. VI 137 — 140. — Ἴμβριοι. Imbrum a Miltiade circa idem tempus atque Lemnum incolis frequentatam esse ex eo probat Arn., quod ille a Persis Chersonesi imperium relinquere atque Athenas evadere coactus in itinere, cum eum classis Phoenicia persequeretur, eo confugit (Herod. VI 41, 1). — οἳ τότε ... εἶχον. Vid. II 27, 1. — οἱ ἐν ... οἰκοῦντες. De re vid. I 117. „Οἱ τὴν ἐν? nisi Ἑστίαιαν οἰκοῦντες delendum est.“ Krueg. Alterum probat Herw. l. l., cui assentimur. Recte Class. animadvertit distinctionem fieri a cognomini Acarnaniae oppido, quod memorat Steph. Byz. s. v. Sed sic ipso urbis nomine appellato τὴν ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστ.

ἄποικοι ὄντες, ξυνεστράτευσαν. τῶν δὲ ἄλλων οἱ 3 μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ μισθοφόροι ξυνεστράτευον. καὶ τῶν μὲν 4 ὑπηκόων [καὶ φόρου ὑποτελῶν] Ἐρετριῆς καὶ

§ 3. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ex plerisque libris Bekk. (cf. Xen. Hell. IV 8, 19), εἰσὶ δ' οἳ καὶ Vat. et vulg., ut I 23, 2. VII 13, 2 et similiter καί post ἔστιν ἅ, ἔστιν ᾗ I 65, 3. VII 70, 6.

scribendum erat. — ξυνεστράτευσαν, una cum iis profecti sunt. Aor. positus est propter ἦλθον. Contra mox ξυνεστράτευον, una cum iis expeditioni intererant. Sine necessitate Herw. l. l. ξυνεστράτευσαν del. enuntiatum continuans.

§ 3. οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι. Ξυμμάχους ὑπηκόους Th. omnes eos appellat, qui ad bellum communiter contra barbaros gerendum perpetui Atheniensium socii facti sunt eorumque imperio (ἡγεμονίᾳ) parent, et ab his distinguit eos, qui velut Corcyraei ad tempus ex aequo foedere cum iis societatem inierunt, quos hic ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτονόμους, alibi simpliciter αὐτονόμους (VI 69, 3. VII 57, 7) vel πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας (VI 85, 2) vocat. Illorum duo discernit genera, alterum eorum, qui suis legibus utentes et tributi immunes naves Atheniensibus ipsi praebebant (cf. VI 85, 2 νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους et infra § 4. 5), alterum eorum, qui pro navibus tributum solvebant (cf. II 9, 4 πόλεις αἳ ὑποτελεῖς οὖσαι et infra § 4. 5; eosdem ὑποχειρίους dicit III 11, 1). Itaque praeter socios ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτονόμους alterum habemus αὐτονόμων genus, qui ἀπὸ ξυμμαχίας quidem non αὐτόνομοι sunt, sed Atheniensium imperio subiecti (ὑπήκοοι), pro αὐτονόμοις tamen ea ratione habentur, quod in ipsorum republica suis legibus atque institutis libere utuntur (cf. III 10, 6. 11, 1. 39, 2). Qui ante civitates tributarias II 9, 4 enumerantur Atheniensium socii αὐτόνομοι sunt utriusque generis. Cf. A. Fraenkel. in commentationis, quam de condicione iure iurisdictione sociorum Ath. scripsit (dissert. Lips. a. 1878), p. 11 sqq. Stahl. de sociorum Ath. iudiciis (ind. lect. Monaster. 1881) p. 3 sqq.

§ 4. [καὶ φόρου ὑποτελῶν]. Merito Fraenk. l. l. Madvigium vituperat, quod αὐτονομίας diversitatem modo explicatam non intellegens infra αὐτόνομοι delere voluerit, quia Chii, cum inter ὑπηκόους essent, non possent simul αὐτόνομοι esse (Adv. crit. I p. 331), et Stahlium, quod eius rationibus praepropere obsecutus αὐτοὶ μόνοι pro αὐτόνομοι substituerit. Attamen sociorum generibus recte cognitis atque distinctis non tollitur vera huius loci corruptela. Nam Chii si a Th. inter subiectos atque tributarios positi essent, non possent deinde dici οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου. Atqui revera subiecti quidem, sed non tributarii fuerunt (cf. adn. II 9, 4). Sequitur verba καὶ φόρου ὑποτελῶν post τῶν μὲν ὑπηκόων tolerari non posse. Accedit quod non solum supervacanea sunt (nam ex verbis τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου . . . ξυνείποντο continuo cognoscitur reliquos qui antea nominati sunt φόρου ὑποτελεῖς fuisse, qua de re cf. adn. 41, 3), sed etiam, postquam scriptor § 3 tria auxi-

Χαλκιδῆς καὶ Στυρῆς καὶ Καρύστιοι ἀπ' Εὐβοίας ἦσαν, ἀπὸ δὲ νήσων Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήνιοι, ἐκ δ' Ἰωνίας Μιλήσιοι καὶ Σάμιοι καὶ Χῖοι. τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνείποντο. καὶ τὸ πλεῖστον Ἴωνες ὄντες οὗτοι πάντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων πλὴν Καρυστίων (οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες), ὑπήκοοι δ' ὄντες καὶ ἀνάγκῃ ὅμως Ἴωνές γε ἐπὶ Δωριέας

§ 4. *Τήνιοι* Vat. Valck. ad Herodot. VII 95; vulgo male *Τήϊοι*. Cf. ad. VIII 69, 3.
φόρου οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες Vat.
ξυνείποντο Mosqu. D. I., *ξυνέποντο* E., *ξυνέπονται* G., *ξυνέσποντο* reliqui. Cf. *ξυνείποντο* § 7, *εἵποντο* § 8.
Ἴωνές γε Vat.; vulgo *Ἴωνές τε*, quod quomodo a Bekk. retineri potuerit, non liquet. Cf. adn.

liorum genera distinxit, primi generis, qui *οἱ ὑπήκοοι* sunt, enumeratio clarius atque commodius sola hac appellatione incipit. Delendum igitur esse censemus *καὶ φόρου ὑποτελῶν*, quippe quod inepto loco librarius aliquis interpretandi causa de suo addiderit. Idem causam non afferens coni. Steup. in Mus. Rhen. XXXV p. 328. — *Χαλκιδῆς*. Hi igitur, etsi apud eos *κληροῦχοι* Atheniensium fuerunt (cf. Herodot. V 74, 77), non numerantur in colonis. Idem de Andriis (cl. Plut. Pericl. 11) adnotandum. Constabant enim hae civitates, quanquam Atheniensium colonis partem agrorum permiserant. Cf. Kirchhoff. de cleruch. Ath. tribut. (Comment. acad. Berol. a. 1873) p. 19. 28. — *ἀπὸ δὲ νήσων*. Hoc nomine Cyclades eximie significari vidimus ad I 12, 4. — *Χῖοι*. Cf. VI 43. 85, 2. VII 20, 2. — *τὸ πλεῖστον . . . πάντες*. De hoc dicendi genere cf. Schaef. ad Demosth. IV p. 657. Iure autem illi omnes maxima ex parte vel plerique omnes Iones vocantur, quia in Cycladibus et Styris admixti Ionibus erant aliarum gentium homines. Vid. da Styrensibus Herodot. VIII 46. Paus. IV 34, 6. — *ἀπ' Ἀθηναίων*. Cf. adn. VI 76, 3. Frustra Bekk. *ἀπ' Ἀθηνῶν* mavult. — *οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες*. Cf. Scymn. 586. Diod. IV 36. Siebel. ad Hellen. p. 341 et de ipsis Dryopibus Muell. Dor. I p. 40 sqq. Herm. Antiqu. Gr. § 6, 17. 16, 10. — *ὑπήκοοι δ' ὄντες . . . ἠκολούθουν*, *sie folgten als Unterthanen und mit Zwang, aber doch wenigstens als Ionier gegen Dorier*. „Nempe ut non tamen *ἀνάγκῃ* prorsus sola, sed *ἑκόντες* quoque cum gentili odio sequerentur.“ Bau. Ergo *ὅμως* ad *Ἴωνές γε* spectat. *Δέ* post *ὑπήκοοι*, quoniam enuntiatio *ὑπήκοοι ὄντες* superiori *Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων* quodammodo est contraria, addi potuisse videtur; comparaveris etiam exemplum 33, 2, etsi non prorsus simile. Ceterum Krueger in Ionibus desiderat Naxios et Chersonesitas. Sed non omnes civitates tributarias praeter tributa etiam peditum auxilia praebuisse (cf. II 9, 5) ex eo cognoscitur quod etiam aliae civitates Ioniae tributariae, velut Ephesus, Erythrae, Lebedus, hic non commemorantur.

ἠκολούθουν. πρὸς δ' αὐτοῖς Αἰολῆς, Μηθυμναῖοι 5
μὲν ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ
Αἴνιοι ὑποτελεῖς. οὗτοι δὲ Αἰολῆς Αἰολεῦσι τοῖς
κτίσασι Βοιωτοῖς τοῖς μετὰ Συρακοσίων κατ' ἀνάγ-
κην ἐμάχοντο, Πλαταιῆς δὲ καὶ ἄντικρυς Βοιωτοὶ
Βοιωτοῖς μόνοι εἰκότως κατὰ τὸ ἔχθος. Ῥόδιοι 6
δὲ καὶ Κυθήριοι Δωριῆς ἀμφότεροι, οἱ μὲν Λακε-
δαιμονίων ἄποικοι, Κυθήριοι, ἐπὶ Λακεδαιμονίους
τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον,
Ῥόδιοι δέ, Ἀργεῖοι γένος, Συρακοσίοις μὲν Δω-
ριεῦσι, Γελῴοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν οὖσι,
μετὰ Συρακοσίων στρατευομένοις, ἠναγκάζοντο πο-
λεμεῖν. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κε- 7

§ 5. τοῖς post Βοιωτοῖς, quod ex Lindavii coniectura inseruerunt omnes recentiores, ut τοῖς μετὰ Συρακ. cum Βοιωτοῖς iungi possent, habet M.

καταντικρὺ codd. Cf. adn.

κατὰ ἔχθος praeter Vat. M. longe plurimi. Significatur notum eorum odium.

§ 6. ἐπέφερον Vat. Sic ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπί τινα V 49, 4. VII 18, 2. Sed hoc magis bellum vel signa inferre hostibus, alterum arma portare i. e. bellum gerere significat.

§ 7. τῶν δὲ Vat.

§ 5. Μηθυμναῖοι. Soli Lesbiorum tunc αὐτόνομοι. Cf. III 50, 2. — Αἴνιοι. De his Aeolensibus „vid. Steph. Byz. in Αἶνος, Scymn. 695. et Harpocr. in ead. voc. ex Ephoro.“ Heyn. Exc. I ad Verg. Aen. III. Cf. Herm. Antiqu. Gr. § 76, 17. — καὶ ἄντικρυς Βοιωτοί, etiam plane (*sogar geradezu*) Boeoti. Cf. I 122, 2. VIII 64, 5. 92, 11. Καταντικρύ, quod codd. habent, Abr. interpretatur e regione, ex adverso. Sed vix credi potest Plataeenses ad Syracusas pugnantes semper reliquis Boeotis ex adverso stetisse. Arn. aliique ad Βοιωτοί illud referentes pariter atque ἄντικρυς volunt esse plane, manifestissime; sed καταντικρύ apud Atticos nusquam aliam nisi loci notionem habet (cf. Lob. ad Phryn. p. 444). Neque usu vocabuli comprobatur eorum explicatio, qui καταντικρὺ μάχεσθαί τινι eodem modo dictum esse putant quo ἐναντία πολεμεῖν τινι I 29, 1. Maxime autem improbandum est quod Class. putat καταντικρύ pro coniunctione adversativa esse. Cum igitur explicationem non habeat, emendationem a Boehm. propositam recepimus.

§ 6. Ῥόδιοι. Cf. VI 43. — Κυθήριοι. De horum statu cf. IV 57, 4. Simul „hinc Cythera Lacedaemoniis pace non [magis quam Pylum] restituta esse apparet.“ Bloomf. — Ἀργεῖοι γένος. Vid. Muell. Dor. I p. 103 sqq. Herm. Ant. Gr. § 79, 7. — Κυθήριοι perspicuitatis causa additum non in suspicionem vocandum est propter exempla similia II 29, 3. VI 57,

φαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι αὐτόνομοι μέν, κατὰ δὲ τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον κατειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν οἱ Ἀθηναῖοι, ξυνείποντο· Κερκυραῖοι δὲ οὐ μόνον Δωριῆς ἀλλὰ καὶ Κορίνθιοι σαφῶς ἐπὶ Κορινθίους τε καὶ Συρακοσίους, τῶν μὲν ἄποικοι ὄντες, τῶν δὲ ξυγγενεῖς, ἀνάγκῃ μὲν ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς, βουλήσει δὲ κατὰ ἔχθος τὸ Κο-
8 *ρινθίων οὐχ ἧσσον εἵποντο. καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐκ Ναυπάκτου καὶ ἐκ Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν. καὶ ἔτι Μεγαρέων φυγάδες οὐ πολλοὶ Μεγαρεῦσι Σελινουντίοις οὖσι κατὰ ξυμφορὰν ἐμάχοντο.*

§ 8. *ἐκ Ναυπάκτου* Vat., vulgo *ἐν Ναυπάκτῳ*. Sed Messenii non Naupacti a Demosthene in naves recepti, sed Naupacto arcessiti sunt. Vid. 31, 2. Nec verba *ἐν Ναυπάκτῳ* iungi possunt cum *οἱ . . . καλούμενοι*, quod faciens Krueger *οἱ ἐν Ναυπ.* coniecit. Cf. adn.

4. VII 86, 3. VIII 42, 2. Cf. Krueg. Gr. § 50, 1 adn. 11.

§ 7. *κατὰ τὸ νησιωτικόν*, ex condicione insulanorum, quia insulani erant. — *μᾶλλον*, i. e. *μᾶλλον ἢ ἄλλοι, ἢ οἱ ἠπειρῶται.* — *ἀνάγκῃ μὲν . . .*] *ἔλεγον, φησίν, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖν, ἵν' εὐπρεπὴς ἀπολογισμὸς αὐτοῖς ᾖ· οὐχ ἧσσον δὲ βουλόμενοι ἤπερ ἐξ ἀνάγκης εἵποντο, διὰ τὴν Κορινθίων ἔχθραν.* Schol. Cf. Matth. Gr. § 574 p. 1334 et de Corinthiorum et Corcyraeorum odio I 25.

§ 8. *οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι.* Usitatius diceret *οἱ νῦν Μεσσήνιοι καλ.*, ut *ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη* I 2, 1. *ἡ νῦν Θεσσαλία καλ.* ibid. Cf. II 99, 4. Sed ne *οἱ* excidisse post *Μεσσ.* suspicere, prohibent verba *ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης* II 29, 3. Additum *νῦν καλούμενοι* eo refertur, quod Helotes, quibus Athenienses Naupacti sedes dederant (I 103, 3), revera non omnes Messenii fuerunt (I 101, 2). Male Class. ex corrupta librorum scriptura (cf. sd.) *ἐν Ναυπάκτῳ* inter *καλούμενοι* et *ἐκ Ναυπάκτου* inserit idque perinde intellegit ac si *οἱ ἐν Ν. νῦν καλούμενοι* scripserit. Licet enim Th. sic verba collocare potuerit, ne antea quidem alio illi nomine appellati sunt quam *οἱ Μεσσήνιοι* vel *οἱ ἐν Ν. Μεσσήνιοι.* — *ἐκ Πύλου.* Cf. IV 41, 2. V 35, 6 sq. 56, 2. — *παρελήφθησαν.* Hoc, quod Arnoldus were pressed into the service interpretatus erat, nihil nisi assumpti erant exprimi recte docuit Bloomf. in ed. 2. Cf. adn. I 111, 3. — *οὐ πολλοί. Εἴκοσι καὶ ἑκατόν* VI 43, 2. — *Μεγαρεῦσι Σελινουντίοις οὖσι*, i. e. *Σελινουντίοις, οὖσι Μεγαρ.* Hoc autem Thucydides ob eandem causam anteposuit, ob quam supra § 2 *Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακοσίους*, § 5 *Αἰολῆς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς* scripsit, id est, quia notabile fuit, quod Megarenses cum Megarensibus pugnarunt. Cf. adn. V 80, 3. VI 18, 6. — *κατὰ ξυμφοράν*, propter calamitatem (exilii).

τῶν δὲ ἄλλων ἑκούσιος μᾶλλον ἡ στρατεία ἐγίγνετο ἤδη. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ οὐ τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας ὠφελίας Δωριῆς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν, Μαντινῆς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι, ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἰωθότες ἰέναι, καὶ τότε τοὺς μετὰ Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας οὐδὲν ἧσσον διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους, Κρῆτες δὲ καὶ Αἰτωλοὶ μισθῷ καὶ οὗτοι πεισθέντες· ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἑκόντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. καὶ 10

§ 9. γὰρ om. omnes praeter Vat.
ὠφελίας Vat. Ven. b. marg. Cl. Lugd. Valla, reliqui om. Quare Haack. ex superioribus audit ἔχθρας. Sed de privatis inimicitiis hic sermo esse omnino non potest.
ἐπὶ τοὺς λειπομένους Vat.
ἰέναι εἰωθότες omnes praeter Vat.
ἐποίκους Vat. Cf. adn. II 27, 1. Sed antecedit ἀποίκοις.
ἑκόντας Vat. et Valla ultro vertens, reliqui codd. ἄκοντας. Cf. adn.

§ 9. ἤδη, exinde, i. e. inde ab hoc enumerationis loco. Cf. II 96, 3. — Ἀργεῖοι. De his et Mantinensibus vid. VI 29. 43. — τῆς παραυτίκα ... ὠφελίας, propter praesentem suam quisque utilitatem. Argivos, sicut Arcades, mercede militare solitos esse cl. Aristoph. Pac. 477 docet Bloomf. Pro ἕκαστοι estne ἕκαστος legendum? Singularis enim huius vocis de singulis hominibus, pluralis de singulis generibus poni solet. Cf. similia verba VI 69, 3 περὶ τῆς πατρίδος μαχούμενοι καὶ τῆς ἰδίας ἕκαστος τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας, τὸ δὲ μέλλον ἐλευθερίας et sd. infra 61, 1. — ἐπὶ τοὺς ἀεὶ ... εἰωθότες, qui adversus eos, qui quoque tempore (i. e. adversus quoslibet, qui) sibi hostes proponerentur, proficisci consueverant. Videmus eos, quemadmodum aliquando Helvetios, vel in utroque hostili exercitu stipendia meritos esse. — τοὺς μετὰ ... Ἀρκάδας. Cf. 19, 4. — Κρῆτες. Cf. VI 43. — Αἰτωλοί. Hic igitur, etsi Athenienses patriam ipsorum aggressi erant (vid. III 94 sqq.), non dubitarunt mercede in exercitu eorum militare. — ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ ... ξυγκτίσαντας. De accusativo dativum participii excipiente cf. adn. 40, 4; de re VI 4, 3. — ἑκόντας μετὰ μισθοῦ, cum mercede sive mercede commotos (cf. adn. VI 85, 1) voluntarios. Repudiandam esse scripturam ἄκοντας cum eo apparet quod mercennarii μισθῷ πεισθέντες militant tum ex eo cognoscitur quod inde a § 9 enumerantur

'Ακαρνάνων τινὲς ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δη-
μοσθένους φιλίᾳ καὶ 'Αθηναίων εὐνοίᾳ ξύμμαχοι
11 ὄντες ἐπεκούρησαν. καὶ οἵδε μὲν τῷ 'Ιονίῳ κόλπῳ
ὁριζόμενοι· 'Ιταλιωτῶν δὲ Θούριοι καὶ Μεταπόν-
τιοι, ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε στασιωτικῶν και-
ρῶν κατειλημμένοι, ξυνεστράτευον, καὶ Σικελιωτῶν
Νάξιοι καὶ Καταναῖοι, βαρβάρων δὲ 'Εγεσταῖοι,
οἵπερ ἐπηγάγοντο, καὶ Σικελῶν τὸ πλέον, καὶ τῶν
ἔξω Σικελίας Τυρσηνῶν τέ τινες κατὰ διαφορὰν
Συρακοσίων καὶ 'Ιάπυγες μισθοφόροι. τοσάδε μὲν
μετὰ 'Αθηναίων ἔθνη ἐστράτευον.

1 58. Συρακοσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν Καμαρι-
ναῖοι μὲν ὅμοροι ὄντες καὶ Γελῷοι οἰκοῦντες μετ'
αὐτούς, ἔπειτα 'Ακραγαντίνων ἡσυχαζόντων ἐν τῷ

β) τῶν Συρακοσίοις ἀντιβοηθησάντων.

§ 11. *κατειλημμένων* codd., ad quod *τῶν Θουρίων καὶ Μεταποντίων* cum Heilm. audire molestissimum est. Emend. Reisk.
Σικελῶν Vat. M. Cl. Ven. Valla, Valck. ad Phalar. p. XXIV; vulgo *Σικελιωτῶν*. Eadem vocabula confusa sunt in libris VI 103, 2 et III 115, 1, ubi vid. adn.

quorum *ἑκούσιος μᾶλλον ἢ στρατεία ἐγίγνετο.*

§ 10. *'Ακαρνάνων τινές.* Vid. VII 31, 5. — *ἅμα μὲν . . . τὸ δὲ πλέον* inter se respondent. Cf. adn. I 90, 1. III 11, 3. — *ἐν τοιαύταις . . . κατειλημμένοι,* scil. *ὥστε ἐπικουρεῖν τοῖς 'Αθηναίοις.* Ergo *τοιαῦται ἀνάγκαι στασιωτικῶν καιρῶν* est talis turbulentis temporibus effecta necessitas, ut cogerentur Atheniensibus subvenire. De *καταλαμβάνεσθαι ἔν τινι* dubitavit quidem Krueger et sine praepositione legimus *ἀναγκαίῃ καταλαμβάνεσθαι* Herodot. II 65 et alibi. At significatur in qua rerum condicione ab Atheniensibus auxilia petentibus deprehensi sint (cf. 33, 5 *καταλαμβάνουσι νεωστὶ στάσει τοὺς τῶν 'Αθηναίων ἐναντίους ἐκπεπτωκότας*) et similiter hic dictum *καταλαμβάνεσθαι ἔν τινι* atque IV 92, 1 *ἐν ᾧ ἂν χωρίῳ καταληφθῶσι.* In eandem fere sententiam atque hic *ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις κατειλημμένοι* 33, 6 *ἐπειδήπερ ἐν τούτῳ τύχης εἰσί* dictum est. Ceterum plurimum probabilitatis habet facta transpositione *Μεταπόντιοι καὶ Θούριοι* scribendum esse. Nam 33, 5 de Thuriorum tantum seditione sermo est et Metapontii ibidem non seditionis necessitate, sed *κατὰ τὸ ξυμμαχικόν* adducti esse dicuntur, ut Atheniensibus auxilia mitterent. — *Νάξιοι . . . 'Εγεσταῖοι.* Cf. VI 98, 1 et de origine Segestanorum VI 2, 3. — *Σικελῶν τὸ πλέον.* Praeter eos *ὅσοι μὴ ἀφέστασαν* 58, 3. Cf. VI 88, 4. — *Τυρσηνῶν . . . 'Ιάπυγες.* De illis vid. VI 103, 2, de his VII 33, 4.

Cap. 58. § 1. *Καμαριναῖοι.* Cf. VI 67, 2. VII 33, 1. — *Γελῷοι.* Cf. iidem loci. — *ἡσυχαζόντων*, cum a bello abstinerent, neutri parti se adiungerent. Cf. 33, 2.

ἐπ' ἐκεῖνα ἱδρυμένοι Σελινούντιοι. καὶ οἵδε μὲν τῆς 2 Σικελίας τὸ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον νεμόμενοι· Ἱμεραῖοι δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν πόντον μορίου, ἐν ᾧ καὶ μόνοι Ἕλληνες οἰκοῦσιν· οὗτοι δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ μόνοι ἐβοήθησαν. καὶ Ἑλληνικὰ μὲν ἔθνη τῶν ἐν Σικελίᾳ τοσάδε, 3 Δωριῆς τε καὶ [οἱ] αὐτόνομοι πάντες, ξυνεμάχουν, βαρβάρων δὲ Σικελοὶ μόνοι ὅσοι μὴ ἀφέστασαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους· τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι μὲν ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι, νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους καὶ Εἵλωτας [δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι], Κορίνθιοι δὲ καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ μόνοι παραγενόμενοι καὶ Λευκάδιοι καὶ Ἀμπρακιῶται κατὰ τὸ ξυγγενές, ἐκ δὲ Ἀρκαδίας μισθοφόροι ὑπὸ Κορινθίων ἀποσταλέντες, καὶ Σικυώνιοι ἀναγκαστοὶ στρατεύοντες, καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου Βοιωτοί.

Cap. 58. § 3. *ἐν* om. Vat.
Articulum ante *αὐτόνομοι*, quem sic positum ineptum esse patet, uncis inclusit Bekk.
δύναται . . . εἶναι non legit auctor schol. *νεοδαμώδης ὁ ἐλεύθερος παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις.* Del. Dind. praef. ad Polyb. I p. XXXVII et Herw. Stud. Thuc. p. 100.

— **ἐν τῷ ἐπ' ἐκεῖνα ἱδρυμένοι.** Vitiosam Porti interpretationem male correxit Haas.; tu exprime verbis ultra eos (a Syracusis) siti, iis ulteriores. Cf. VIII 104, 5. — **Σελινούντιοι.** Cf. VI 65, 1. 67, 2. VII 1, 3.

§ 2. **Ἱμεραῖοι.** Cf. VII 1, 3. — **μορίου** hic ut *μορίῳ* II 65, 8 del. Herw., quod apud Thuc. ubique deminutivum esset *μόριον*. Sed hoc ita tantum probatum esset, si his locis, ubi non est deminutivum, id delendum esse aliunde constaret. — **μόνοι Ἕλληνες.** Cf. VI 62, 2 et ibi adn.

§ 3. **ὅσοι μὴ ἀφέστασαν.** Cognoscuntur hi quodammodo ex VI 94, 3. VII 1, 4 sq. — **νεοδαμώδεις . . . καὶ Εἵλωτας.** Cf. 19, 3. De Neodamodibus vid. ad V 34, 1. — **καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ μόνοι παραγενόμενοι.** „Naves quidem etiam Leucadii duas, Ambraciotae vero tres praebuerant (vid. VI 104, 1); sed pedestrem quoque exercitum praeter naves soli Corinthii . . . miserant. Cf. 50, 1". Haack. — **κατὰ τὸ ξυγγενές]** *τῶν Συρακοσίων.* Schol. Corinthii et Leucadii et Ambraciotae Syracusanis cognati auxilium tulerunt, cum et Syracusani et Leucadii atque Ambraciotae coloni essent Corinthiorum. — **ἐκ δὲ Ἀρκαδίας . . . καὶ Σικυώνιοι.** Cf. 19, 4 et ibid. § 3 de Boeotis. Cur Sicyonii *ἀναγκαστοί* vocentur,

4 πρὸς δὲ τοὺς ἐπελθόντας τούτους οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ πλῆθος πλέον κατὰ πάντα παρέσχοντο, ἅτε μεγάλας πόλεις οἰκοῦντες· καὶ γὰρ ὁπλῖται πολλοὶ καὶ νῆες καὶ ἵπποι καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος ξυνελέγη. καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις ὡς εἰπεῖν τοὺς ἄλλους Συρακόσιοι αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο διὰ μέγεθός τε πόλεως καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν.

1 59. Καὶ αἱ μὲν ἑκατέρων ἐπικουρίαι τοσαίδε ξυνελέγησαν, καὶ τότε ἤδη πᾶσαι ἀμφοτέροις παρῆσαν καὶ οὐκέτι οὐδὲν οὐδετέροις ἐπῆλθεν.

2 Οἱ δ' οὖν Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι ἐπὶ τῇ γεγενημένῃ νίκῃ τῆς ναυμαχίας ἑλεῖν τε τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Ἀθηναίων τοσοῦτον ὄν, καὶ μηδὲ καθ' ἕτερα αὐτούς, μήτε διὰ θαλάσσης μήτε

Οἱ Συρακόσιοι τῷ ὄντι κλῄουσι τὸν μέγαν λιμένα.

§ 4. ὁ ante ἄλλος om. omnes praeter Vat.
μέγεθος πόλεως omnes praeter Vat. D. I. pr. man. Cl.
γὰρ post ὅτι addit Vat.
Cap. 59. § 2. οἵ τε οὖν codd. Cf. adn.
καὶ οἱ ξύμμαχοι, quod agnoscit Valla, praeter Vat. omnes fere codd. om.
ἀγῶνα omnes fere praeter Vat. Sed huius scriptura praeferenda est, quod repetuntnr verba 56, 2 scripta.
τοσοῦτο Vat. Cf. sd. VI 33, 6.
ἕτερα Vat. I. pr. Cl., reliqui ἑκάτερα.

ex rebus V 81, 2 narratis explicat Arn. Cf. VII 18, 4.

§ 4. πρός ineunte hac § et paulo post non esse ad, sed pro ratione multis docet Bau. Cf. Matth. Gr. § 455 adn. 3 a. — ὅμιλος. De turba levis armaturae dici adnotat Bloomf. — πόλεως. De articulo omisso cf. adn. I 10, 2.

Cap. 59. § 1. τοσαίδε. Vides hoc pronomen hic', ut 57, 11 et ut aliquoties ὅδε, ad superiora referri. Praeterea attende vocabula ἑκάτεροι et ἀμφότεροι de iisdem dicta.

§ 2. οἱ δ' οὖν. Redit scriptor ad sententiam praecipuam capitis 56. Quod Kruegero auctore rescripsimus δ' οὖν non solum ad praegressum μέν aptissimum est, sed etiam eo commendatur quod narratio sociorum enumeratione (57. 58) interrupta iam progreditur et non separatim cogitantur Syracusani sociique, cui rei τὲ — καί iunctura conveniret, sed coniunctim. Abunde contra L. Herbst. codd. lectionem defendentem (Philol. XXIV p. 630) disputat Class. — ἐπί. Cf. adn. VI 45, 1. — μηδὲ καθ' ἕτερα, a neutra parte, neutra ratione. Cf. adn. I 67, 4 et supra 42, 6.

τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν. ἔκλῃον οὖν τόν τε λιμένα 3
εὐθὺς τὸν μέγαν, ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων
μάλιστα, τριήρεσι πλαγίαις καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις
ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες, καὶ τἆλλα, ἢν ἔτι ναυμα-
χεῖν οἱ Ἀθηναῖοι τολμήσωσι, παρεσκευάζοντο, καὶ
ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν.

οἱ δ' Ἀθηναῖοι βουλεύονται τὰ ἄνω τείχη ἐκλιπόντες καὶ τὰς ναῦς πάσας πληρώσαντες διαναυμαχῆσαι.

60. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις τήν τε ἀπόκλῃσιν 1
ὁρῶσι καὶ τὴν ἄλλην διάνοιαν αὐτῶν αἰσθομένοις
βουλευτέα ἐδόκει. καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ 2
καὶ οἱ ταξίαρχοι πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν
τε ἄλλων καὶ ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε αὐτίκα ἔτι
εἶχον (προπέμψαντες γὰρ ἐς Κατάνην ὡς ἐκπλευσό-
μενοι ἀπεῖπον μὴ ἐπάγειν) οὔτε τὸ λοιπὸν ἔμελλον
ἕξειν, εἰ μὴ ναυκρατήσουσιν, ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν
τείχη τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν, πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν

§ 3. ἔκλῃον, claudebant, claudere coeperunt. *Καὶ πέρας ἐν ἡμέραις τρισὶ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκαν συντέλειαν* inquit Diod. XIII 14, 2, quem impugnat Dodw. Annal. Thuc. ad VII 51, contra quem dixerunt Wessel. ad Diod. l. d. Letr. Syrac. p. 76. Arn. Cf. sd. 70, 4. — ὀκτὼ σταδίων μάλιστα. „Secundum Arnoldi tabulam [spatium] paululo plus 1200 cubitorum („yards") est, i. e. paulo plus certe sex stadiorum." Goell. Antea articulus ita positus est ut Graece dicitur *ἔχω τὸ στόμα μέγα*. Cf. Madv. Synt. § 12. — τριήρεσι πλαγίαις („i. e. ex transverso obiectis, lateribus triremium obversis ad hostes, non frontibus" Bau.) . . . ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες. Diod. l. d. *ἀκάτους τε καὶ τριήρεις, ἔτι δὲ στρογγύλας ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίσαντες καὶ σιδηραῖς ἁλύσεσι διαλαμβάνοντες*. *Ζεῦγμα* hoc opus vocatur c. 69 sq. „Posteriore quoque tempore obiecta ad ingressum catena firmissima portum magnum clausum esse cognoscimus ex Frontin. Strateg. I 5, 6." Letr. p. 76. — ὀλίγον . . . ἐπενόουν. Cf. adn. II 8, 1. Duk. ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδέν interpretatur nihil parvum in ullam partem.

Cap. 60. § 2. οἱ ταξίαρχοι. De his vid. adn. IV 4, 1. „Scholiastes putat eos extra ordinem, ut in re crepera, ad consilium fuisse advocatos. Hoc satis probabile est; nam ex iis, quae VI 47 et VII 43, 1 scribit Thucydides, non alios fere quam *στρατηγοὺς* consultasse intellegi potest. [Cf. adn. 48, 1. 50, 3.] Duces Romanos idem interdum pro tempore fecisse, ut omnium ordinum centuriones in consilium adhiberent, ostendit Lipsius de Milit. Rom. II 8." Duk. — πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων, propter praesentem difficultatem (aut si haec, id quod Krueg. recte videtur malle, ad ἐβουλ. referuntur, pro praesenti difficultate) cum ceterarum rerum. *Τέ* ita positum est, ut si scriptor vellet pergere *καὶ τῶν ἐπιτηδείων*. — τὰ . . .

ἀπολαβόντες διατειχίσματι ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἱκανὸν γενέσθαι, τοῦτο μὲν φρουρεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς ἁπάσας, ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἁπλοώτεραι, πάντα τινὰ ἐσβιβάζοντες πληρῶσαι, καὶ διαναυμαχήσαντες, ἢν μὲν νικῶσιν, ἐς Κατάνην κομίζεσθαι, ἢν δὲ μή, ἐμπρήσαντες τὰς ναῦς πεζῇ ξυνταξάμενοι ἀποχωρεῖν ᾗ ἂν τάχιστα μέλλωσί τινος χωρίου ἢ βαρβαρικοῦ ἢ Ἑλληνικοῦ φιλίου
3 ἀντιλήψεσθαι. καὶ οἱ μέν, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἐποίησαν· ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας, ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει [ἡλικίας

Cap. **60.** § 2. *διατειχίσματι* Vat. M. Vulgo *διατειχισμά τι.* At non *διατείχισμα* intercipitur, sed locus, spatium *τῷ διατειχίσματι.*

ἀσθενοῦσιν Vat., reliqui et corr. Vat. *ἀσθενέσιν.* „*Ἀσθενεῖς* tantum apud recentiores scriptores, velut librorum sacrorum, ita puto legi. . . Antiquiores et meliores utuntur participio *ἀσθενῶν.* Ita Plat. Prot. 334 c et Xen. Anab. V 3, 1. Hippocrates quoque nusquam utitur voce *ἀσθενής* ad significandum aegrotum, sed tantum participio *ὁ ἀσθενέων*; *ἀσθενής* ei est invalidus, infirma valetudine utens, *ἀσθενέων*, aegrotus.“ Bloomf. in ed. 2. Certe aptius quam hoc loco *ἀσθενεῖς* dictum est 75, 3, ubi ad *καταλειπόμενοι* relatum valetudinis habitum significat; hic ad eos qui tum aegroti erant significandos praeferendum est *ἀσθενοῦσιν.*

πάσας omnes praeter Vat., quod propter *ὅσαι* non praeferendum est. Cf. III 36, 2.

τείχη τὰ ἄνω. „Munitiones superiores non significant munitiones in Epipolis factas [quas iam prius reliquerant], sed partem superiorem duplicis muri septem aut octo stadiorum [2, 4], qui per vallem ductus erat; ergo huius duplicis muri partem extremam eam, quae sub ipsas Epipolarum rupes [*κρημνόν*] maxime pertinebat et ab ora maritima longissime distabat. Plutarchus hanc superiorem operum Atticorum partem fano Herculis continentem fuisse dicit Nic. 25.“ Arn. — *ἀπολαβόντες διατειχίσματι . . . γενέσθαι*, cum muro interiecto intercepissent (s. conclusissent) quam minimum loci posset . . . sufficere. De *διατειχίσματος* voce cf. adn. III 34, 2. *Τείχει ἀπολαβεῖν* legitur IV 102, 4. — *ἁπλοώτεραι*, minus ad navigandum idoneae. De flexione vid. Lob. ad Phryn. p. 143. — *ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου*, scil. quod non custodiebat.

§ 3. *ἡλικίας μετέχων.* Quos tandem propter aetatem minus idoneos fuisse censeamus?

μετέχων] ἐπιτήδειος εἶναι. καὶ ξυνεπληρώθησαν 4
νῆες αἱ πᾶσαι δέκα μάλιστα καὶ ἑκατόν· τοξότας τε ἐπ' αὐτὰς πολλοὺς καὶ ἀκοντιστὰς τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ τῶν ἄλλων ξένων ἐσεβίβαζον καὶ τἆλλα ὡς οἷόν τ' ἦν ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας ἐπορίσαντο.

Νικίας οὖν τοῖς στρατιώταις παρακελεύεται.

Ὁ δὲ Νικίας, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ἑτοῖμα ἦν, 5
ὁρῶν τοὺς στρατιώτας τῷ τε παρὰ τὸ εἰωθὸς πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας καὶ διὰ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν ὡς τάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας παρεκελεύσατό τε πρῶτον καὶ ἔλεξε τοιάδε.

Νικίου λόγου προοίμιον.

61. „Ἄνδρες στρατιῶται Ἀθηναίων τε καὶ τῶν 1
ἄλλων ξυμμάχων, ὁ μὲν ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν ἔσται περί τε σωτηρίας καὶ πατρίδος [ἑκάστοις οὐχ ἧσσον ἢ τοῖς πολεμίοις]· ἢν γὰρ

§ 5. ὁρῶν τοὺς Vat., ὁρῶν καὶ τούς, reliqui. Καὶ τοὺς στρατηγοὺς excidisse propter hoc καί temere suspicatur Bloomf. Nicias postea non duces et milites, sed solos milites alloquitur.

Cap. 61. § 1. ἑκάστοι (οις supra scr.) Vat. Singularem etiam Valla po-

Aetatem ad stipendia facienda legitimam omnes habebant. Procul dubio ii potissimum significantur, qui propter valetudinem (cf. ἀσθενοῦσιν § 2) idonei erant. Interpretamentum detexit Philippius in Annal. phil. a. 1881 p. 99.

§ 4. **δέκα μάλιστα καὶ ἑκατόν.** CXV triremes completas esse dicit Diod. XIII 14, 4; Thucydidem sequitur Plut. Nic. l. d. addens reliquas naves ταρσῶν ἐνδεεῖς fuisse. Add. ad 70, 4. — **ἐπ' αὐτάς**, in eas ad eas defendendas. Hinc explicatur ἐπί, pro quo Krueg. ἐς mavult. — **τῶν τε Ἀκαρνάνων.** Hi funditores optimi appellati sunt II 81, 8. — **ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας**, pro consilio necessario (i. e. sola necessitate suggesto) et tali. „Ex τοιαύτης διανοίας, i. e. cum proelium navale inusitata ratione [de qua cf. I 49, 1] esset committendum, quippe cuius victoria non ex peritia penderet, sed ex virtute militum terrestrium in naves impositorum. De locutione ἀναγκαῖος διάνοια vid. I 61, 3. V 8, 3. VI 37, 2.“ Arn. De feminini generis flexione cf. adn. I 2, 2. Alii tamen ἐξ ἀναγκαίου interpretantur in re angusta, cui rationi nobis obstare videtur praepositio semel posita.

Cap. 61. Hanc orationem et alteram Niciae 69 laudibus praedicat Dion. Hal. p. 921. „Dictio eius solito dilucidior est et vacua ab asperitate. Est hortatio, cui admixtae sunt consolationes.“ Bloomf.

§ 1. **καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων.** Cf. adn. I 128, 5. IV 118, 5. — [**ἑκάστοις οὐχ**

κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσίν, ἔστι τῳ τὴν ὑπάρ-
2 χουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν. ἀθυμεῖν δὲ οὐ
χρὴ οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀν-
θρώπων, οἳ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες ἔπειτα
διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς
3 ξυμφοραῖς ἔχουσιν. ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρ-
εστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες, καὶ ὅσοι
τῶν ξυμμάχων, ξυστρατευόμενοι ἀεί, μνήσθητε
τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων, καὶ τὸ τῆς
τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες στῆναι καὶ ὡς

suit. Cf. adn. 57, 9. Potest tamen hic de singulis agminibus sociorum ex variis terris ortorum cogitari.

πάλιν G. *Πάλιν* vel *πόλιν πάλιν* commendat locus VI 69, 3. Valla: licebit nobis suam cuique civitatem *revisere*. Sed ita rursus solum *ἐπιδεῖν* 77, 7. Cf. Xen. Anab. III 2, 39.

— **καὶ τὸ τοιοῦτον**, *und dergleichen*. Cf. 50, 4. — **καὶ ὀσμαί.** Ante haec Bloomf. colon posuit. Sed genetivos absolutos **πάντα τε . . ξυννενημένων** cum **καὶ ὀσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοί** cohaerere sententia docet; superiorum autem **ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον** causa **τῇ μεταβολῇ** dativo affertur. — **ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας.** Et quidem **καθ' ἑκάστην ἡμέραν.** Cf. IV 16, 1. — **κοτύλην . . . σίτου.** „Athenienses per singulos dies **κοτύλας δύο κριθῶν καὶ ὕδατος** accepisse refert Plutarchus in Nic. [29].“ Huds. „**Ἀλφίτων δύο χοίνικας** ex Dioclis sententia datas narrat Diodorus [XIII 19, 4, ubi in mensurae nomine erratum esse iure suspicatur Wessel.]“ Wass. „**Κοτύλη** cum esset quarta pars choenicis, cibi altero tanto minus illis admetiebantur quam servis solebant. Cf. adn. ad IV 16, 1. Adnotandum est autem cotylam vini, paulo plus quam dimidiam eam mensuram, quam *pint* Britanni vocant, concessam esse Sphacteriae Helotis singulis in diem; vinum autem semper aqua, quam in insula habebant, temperatum bibi existimabatur. At tunc praeter hanc cotylam aquae Atheniensibus singulis nihil liquidi ad victum diurnum concedebant. Cf. Boeckh. Oec. publ. I p. 127 sq. . . . Cotyle tantundem valebat quantum hemina Romana, id est dimidia pars sextarii, trigesima secunda modii.“ Arn. — **ἄλλα τε ὅσα.** Cf. Krueg. Gr. § 51, 10 adn. 10. — **ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι.** „Monet Abr. posse verba ita strui: **ὅσα εἰκὸς (ἦν) κακοπαθῆσαι ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας** (**αὐτῷ** s. **ἐς αὐτό**).“ Beck. Ita tamen exemplum Platonicum Euthyd. 292 e **ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ ἐνεπεπτώκη**, ubi vid. Stallb., explicari non potest. Quare hic quoque **ἐν** perfecti causa positum esse existimari potest. Cf. adn. IV 14, 1. Apud Homerum etiam **πίπτειν ἐν τόπῳ** saepissime cum emphasi quadam legi satis constat. — **οὐδὲν ὅ τι οὐκ.** Cf. Krueg. Gr. § 51, 10 adn. 11.

ἡμέρας μὲν ἑβδομήκοντά τινας οὕτω διῃτήθησαν ἀθρόοι· ἔπειτα, πλὴν Ἀθηναίων καὶ εἴ τινες Σικελιωτῶν ἢ Ἰταλιωτῶν ξυνεστράτευσαν, τοὺς ἄλλους ἀπέδοντο.

μέγεθος τῆς ξυμφορᾶς.

4 Ἐλήφθησαν δὲ οἱ ξύμπαντες, ἀκριβείᾳ μὲν χαλεπὸν ἐξειπεῖν, ὅμως δὲ οὐκ ἐλάσσους ἑπτακισχιλίων.
5 ξυνέβη τε ἔργον τοῦτο [Ἑλληνικὸν] τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε μέγιστον γενέσθαι, δοκεῖν δ' ἔμοιγε καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν, καὶ τοῖς τε κρατήσασι λαμπρότατον καὶ τοῖς διαφθαρεῖσι δυστυχέστατον·
6 κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες καὶ οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν κακοπαθήσαντες πανωλεθρίᾳ δὴ τὸ λεγόμενον καὶ πεζὸς καὶ νῆες

§ 3. μὲν om. Vat.
§ 4. ἐλήφθησαν δὲ καὶ Vat.

§ 3. *ἑβδομήκοντά τινας.* Cf. adn. 68, 3. 111, 4. — *πλὴν Ἀθηναίων . . .* „Athenienses ex iis, quae paulo ante leguntur [*ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας . . .*], colligere possumus paene sex mensibus longius inclusos fuisse, quo tempore exacto superstites, sicut antea ceteros captivos, probabile est venisse.“ Arn.

§ 4. *ἀκριβείᾳ μὲν χαλεπὸν ἐξειπεῖν.* Hoc enuntiatum per se constans ita interpositum est, ut simul ad *ὅμως δὲ κ. τ. λ.* referatur. — *οὐκ ἐλάσσους ἑπτακισχιλίων.* Cf. adn. 85, 1. Si componuntur cum his quae 82, 3 et 85, 3 narrantur, ex Niciae exercitu paulo plures quam mille inter captivos fuisse consequitur.

§ 5. [*Ἑλληνικὸν*] del. Krueg. et Pluyg. Mnemos. IX p. 96. Prorsus inutile est. Nam quod eo Sitalcis in Macedoniam invasionem (II 98—102) excipi putant, copiarum quidem numero ea multo maior fuit (II 98, 3), sed, si eventum spectamus, multo minoris momenti. — *δοκεῖν.* Cf. adn. I 138, 3. VIII 64, 5.

§ 6. *κατὰ πάντα . . . πάντως.* De talibus, ut VIII 1, 2 *πάντα πανταχόθεν*, cf. Lob. Paral. Gr. Gr. p. 57. — *οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν κακοπαθήσαντες*] *ἐν παντὶ πράγματι μεγάλως κακοπαθήσαντες.* Schol. Cf. 59, 2 *ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν* ibique adn. et II 8, 1. — *πανωλεθρίᾳ.* Hoc ex Th. affert Poll. VI 162. De sollemni quam Th. dicit locutione cf. Soph. El. 1009 *πανωλέθρους τὸ πᾶν ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι*, Herod. VII 37 *πανώλεθρος ἐξαπόλλυται*, Cass. Dio LXXIV 6, 6 *κἂν πανωλεθρίᾳ τούτους διέφθειραν.* De scriptura vocis cf. Lob. ad Phryn. p. 705. — *τὸ λεγόμενον.* Cf. Krueg. Gr. § 57, 10 adn. 12. — *καὶ πεζὸς καὶ νῆες καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀπώλετο.* Proprie *ἀπώλοντο* propter superiora *νικηθέντες . . . κακοπαθήσαντες* dicendum videatur; sed verbum praedicato vel appositioni (cf. adn. III 114, 1) eiusque postremo vocabulo (vid. adn. VII 37, 2) accommodatum est. Amiserunt autem Athenien-

καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀπώλετο, καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐπ' οἴκου ἀπενόστησαν. ταῦτα μὲν τὰ περὶ Σικελίαν γενόμενα.

ses in Sicilia *τέτταρας μυριάδας καὶ τριήρεις τεσσαράκοντα καὶ διακοσίας* teste Isocr. VIII 86. Qui copiarum terrestrium minorem, navium maiorem numerum hominibus eruditis videtur nominasse. Cf. Boeckh. Oec. civ. I p. 370 sqq. et Krueg. ad Dion. p. 109. Praeter scriptores ab his citatos cf. Polyaen. V 10. Cic. Verr. V 37, 98 et supra adn. 42, 1 et 75, 5. — **ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν . . . ἀπενόστησαν.** Similiter III 112, 8 *ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν.* Cf. adn. I 110, 1. Verbum *ἀπονοστεῖν* apud Atticos rarum videtur fuisse; sed legitur apud Eur. Iph. T. 731. Xen. Anab. III 5, 16. De re cf. Plut. Nic. 29. — **ταῦτα μὲν . . . γενόμενα.** Cf. adn. II 54, 6.

Brevis enarratio

munitionum ad oppugnandas et defendendas Syracusas factarum.

Pugna ad Olympieum facta cum Athenienses Naxi hiemarent, Syracusani murum exstruxerunt, qui Temenitem includens praeter totum Epipolarum latus extendebatur (VI 75, 1). Hic murus (*τὸ προτείχισμα τὸ περὶ τὸν Τεμενίτην* VI 100, 2) cum ultra Epipolas non perductus esset, portum magnum non attingebat, sed a meridionali Epipolarum margine ad veterem Achradinae murum conversus erat, qui ad portum illum pertinebat. Simul illi Megaris castellum aedificaverunt, ne ibi Atheniensium classis stationem caperet, alterumque ad Olympieum, ut Athenienses per Anapi planitiem ad urbem accedere prohiberent (VI 75, 1). Insequenti autem aestate cum Athenienses acceptis subsidiis impetum in se parare comperissent, ne illi, priusquam ipsi sentirent, Epipolis potirentur, sexcentos milites gravis armaturae delegerunt, qui et Epipolis praesidio essent et, sicubi opus esse videretur, celeriter succurrerent. Quo facto mane exercitum in prato ad Anapum sito recensebant. Sed iam praegressa nocte Athenienses cum universis copiis Catina profecti ad Leontem appulsi erant, ut pedites exponerent, et naves deinde ad Thapsum constituerant. Pedester autem exercitus continuo ad Epipolas cursu contendit et, priusquam Syracusani re cognita ex prato et recensu adessent, ad Euryalum ascendit. Syracusani autem cum sine ordine ad eos repellendos accurrerent, fugati sunt et in urbem se receperunt. Insequenti die Athenienses ad urbem ipsam descenderunt, sed cum nemo iis obviam iret, regressi castellum apud Labdalum exstruxerunt, ut impedimenta et res ad bellum gerendum necessarias ibi conderent ex eodemque loco ad pugnandum et muniendum proficiscerentur (VI 96. 97). Neque multo post, cum equitum subsidia iis venissent, praesidio in Labdalo collocato ad Sycam in

medio fere Epipolarum sitam progressi castellum excitarunt in orbis formam aedificatum (*κύκλον* VI 98, 2), cui praestructum erat propugnaculum decem iugerum (*τὸ δεκάπλεθρον προτείχισμα* VI 102, 2). Et cum equites Syracusanorum, qui eos impedire conabantur opus facere, in fugam coniecissent, postero statim die murum ab orbe castelli ad septentrionem Trogilum versus ducere coeperunt (VI 99, 1). Qui murus quominus perficeretur ut prohiberent, Syracusani transversum murum vallis munitum obstruebant (*ὑποτείχισμα* VI 101, 1), exorsi ab exteriore illa quam primam fecerant urbis munitione (VI 99, 2. 3). Hanc munitionem ubi murus contingebat, prope eum locum portula in eo erat, qua ab altera eius parte ad alteram transirent (VI 100, 1). Cum autem Syracusani satis obstruxisse sibi viderentur, exercitus parte ad custodiendum relicta in urbem redierunt. Neglegentius autem cum qui relicti erant custodirent, Athenienses impetu facto transversum murum ceperunt et diruerunt (VI 100). Quo facto postero die ab altera cycli parte ad australem Epipolarum crepidinem versus magnum portum murum duxerunt. Syracusani autem, ne Athenienses eo muro usque ad mare perducto se intercluderent, ab ipsius urbis moenibus exorsi vallum cum fossa (*σταύρωμα καὶ τάφρον* VI 101, 3) per mediam paludem Lysimeleam iis obiciebant. Sed Athenienses muro ad crepidinem australem perducto cum ex Epipolis in planitiem descendissent, Syracusanorum vallum fossamque impetu facto ceperunt. Pugna autem commissa est, qua superati Syracusani qui in dextro cornu erant ad urbem, reliqui per pontem, qui ad Olympieum via Helorina ferebat, trans Anapum confugerunt. Quos cum delecta Atheniensium manus ponte intercludere vellet, et ipsa et pars dextri cornus in fugam conversa est. Qua re animadversa cum Lamachus a sinistro cornu succurrisset, cum paucis circumventus et occisus est (VI 101). Quae dum fiunt animis resumptis etiam ii, qui ad urbem confugerant, Atheniensibus se opposuerunt et partem suorum ad cyclum miserunt, existimantes desertum eum esse et facile expugnari posse. Et eius propugnaculum revera ceperunt, ipsum autem cyclum quominus caperent, Nicias, qui in eo aegrotans relictus erat, prohibuit. Simul cum etiam subsidium veniret eorum, qui Syracusanos ad urbem persecuti erant, et Atheniensium classis, ut constitutum erat, in magnum portum navigaret, omnis Syracusanorum exercitus in urbem rediit (VI 102).

Qui cum circummunitionem se impedire posse iam desperarent, Athenienses nullo prohibente munitionem ad australem Epipolarum crepidinem factam usque ad magnum portum ita perducebant, ut per planitiem, ubi firmiore munimento opus esse videretur, duplicem murum (*τεῖχος διπλοῦν*) exstruerent (VI 103, 1). Cum igitur in tanto discrimine res Syracusanorum essent, ut duplex murus portum magnum tantum non attingeret, murus autem, quem Trogilum versus duci coeptum opere intermisso reliquerant, ut ad eum qui ad magnum portum dirigeretur exstruendum se converterent, brevi tempore perfici posset, cum ad maiorem eius partem aedificandam lapides in struem congesti, reliqua pars perfecta aut semiperfecta esset, Gylippus ab Himera profectus iis auxilio venit. Qui postquam Epipolas ad Euryalum eodem loco quo Athenienses ascendit, statim cum Syracusanis contra Atheniensium munitionem profectus est (VII 2, 4). Cum autem utrique aciem instruxissent, Gylippus, qui Syracusanos perturbari videret, aggredi non ausus exercitum in Temenitem abduxit. Neque Nicias insecutus est, sed ad munitionem suam milites retinebat. Postero autem die Gylippus maiore copiarum parte contra hostes, ne alio subvenirent, profectus partem aliquam ad Labdali castellum misit idque expugnavit (VII 3). Deinde Syracusani et socii ab exteriore urbis munitione in obliquum murum simplicem sine vallis (*τεῖχος ἁπλοῦν* VII 4, 1. 11, 3) sursum per Epipolas ducebant eadem fere regione qua antea, ut Atheniensium versus Trogilum munitionem interciperent. Hi enim cum interim ab altera parte munitionem ad magnum portum perduxissent, rursus ad septentrionale circummunitionis brachium perficiendum se converterant. Cuius partem infirmam et semiperfectam cum Gylippus frustra adortus esset, altiorem eam exstruxerunt (VII 4, 3). Nicias autem cum post Gylippi adventum animum ad bellum maritimum magis adverteret, Plemmyrium promunturium in magnum portum prominens munire decrevit et tribus castellis ibi exaedificatis armamenta pleraque in iis reposuit et navigia magna navesque veloces illic in statione habebat (VII 4, 4. 5). At Gylippus simul murum transversum exstruebat et suos ante munitionem in aciem producebat. Itaque duo proelia commissa sunt, ex quorum priore cum Athenienses victores discessissent, altero ita devicti sunt, ut impedire iam non possent, quin insequenti nocte ipsorum munitionem Syracusani sua ultra porrecta

praeverterent (VII 5. 6). Deinde cum Corinthiorum aliorumque auxilia advenissent, eorum ope usi Syracusani reliquam transversi muri partem usque ad septentrionalem Epipolarum marginem, ubi in tuto desineret, aedificaverunt (VII 7, 1). Hic murus usque eo ultra Atheniensium munitionem perductus *παρατείχισμα* vocatur (VII 11, 3. 42, 4. 43, 1. 5). Iam vero cum utrorumque vires pugnis ad id tempus factis debilitatae essent, et Syracusani auxilia arcessebant et Nicias, cum eorum vires in dies crescere, suas deminui videret, Athenas nuntios cum epistula misit, qua Athenienses de rerum condicione certiores faceret et ut aut revocarent exercitum aut subsidia mitterent rogaret. Atque hi Eurymedontem cum decem navibus circa hibernum solstitium statim miserunt, tum novum exercitum comparabant, qui postea Demosthene duce in Siciliam proficisceretur. Interim vere ineunte Gylippus, cum ex Siciliae civitatibus auxilia accivisset, Syracusanis persuasit, ut Athenienses terra marique in magno portu et ad Plemmyrium aggrederentur. Atque navibus quidem cum initio rem prospere Syracusani gessissent, postremo tamen ab Atheniensibus devicti sunt; sed Plemmyrium Gylippus terrestribus copiis repente adortus tria castella cepit, quorum unum cum destruxisset, in duobus reliquis praesidia collocavit. Eodem tempore Athenis Demosthenes cum classe et exercitu profectus erat. Qui dum in itinere sunt, iterum apud Syracusas terra marique pugnatum est et Syracusani invento novo navium apparatu ad loci angustias maxime apto in portu magno victoriam navalem reportarunt. In his rerum angustiis Demosthenes Atheniensibus advenit. Qui cum vidisset, quo in statu res essent, quam celerrime agere statuit. Eo tempore Atheniensibus, cum transverso Syracusanorum muro ipsorum ad Trogilum munitio impedita esset, Epipolis relictis campo inter earum rupes australes et mare patenti se continebant (cf. adn. VII 43, 1), Syracusani autem cum ad defendendum Epipolarum aditum prope Euryalum munitionem (*τείχισμα* VII 43, 4) exstruxerant ibique praesidium collocaverant tum ante murum transversum tria propugnacula (*προτειχίσματα* VII 43, 4. 6) constituerant, in quibus trina ipsorum sociorumque castra (VII 43, 3) erant. Inter haec propugnacula et Euryali munitionem delecta illa sexcentorum militum manus excubabat (VII 43, 4), cui mandatum erat, ut Epipolarum custodiam agerent. Demosthenes igitur primum ex campo illo in eam partem muri transversi,

quae exteriori urbis munitioni contigua erat, invasit atque machinis eam temptavit. Qui conatus cum in irritum cecidisset, nocturno impetu Epipolas aggredi atque ex ea parte murum illum capere decrevit. Itaque circa primam vigiliam per Anapi vallem exercitum ad Euryalum adduxit, et cum prope eum a meridie Epipolas ascendisset, priusquam custodes, qui ibi in praesidio erant, id sentirent, ipsam Syracusanorum munitionem cepit, deinde progressus ipse cum Atheniensibus sexcentos resistere conatos fugavit et ad expugnanda propugnacula se convertit, reliqui autem simulatque ascenderunt, extremam muri transversi partem, quae Epipolarum marginem septentrionalem attingebat, aggressi sunt. Sed Demosthenes et Athenienses cum primum eos, qui ex propugnaculis obviam iverant, reppulissent, inconsideratius et dissolutis ordinibus quam celerrime progressi a Boeotis, qui primi eorum impetum sustinebant, in fugam conversi sunt. Atque tanta deinde secuta est eorum perturbatio, ut cum magna clade ex Epipolis deicerentur. Itaque Atheniensium duces omissa oppugnatione de reditu deliberare coacti sunt.

Corrigenda.

Typothetae errore et pertinacia dextrae cuique paginae plagulae sextae **ΕΤΟΣ Σ** superscriptum est pro **ΕΤΟΣ Τ.**

THUCYDIDIS

DE

BELLO PELOPONNESIACO

LIBRI OCTO.

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDITOS

EXPLANAVIT

ERNESTUS FRIDERICUS POPPO.

EDITIO ALTERA, QUAM AUXIT ET EMENDAVIT

IOANNES MATTHIAS STAHL.

VOL. IV. SECT. II.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Θ.

(XIX. *Ἑνὸς δέον εἰκοστὸν ἔτος τοῦ πολέμου.* A. *Θέρος.*)

39) *Διάθεσις τῶν ψυχῶν τῶν Ἀθηναίων, ἀγγελθείσης τῆς ξυμφορᾶς, καὶ παρασκευαὶ αὐτῶν. Κεφ. α'.*

B. *Χειμών. Κεφ. β'—ϛ'.*

1) *Οἱ Ἕλληνες πάντες πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἐπηρμένοι ἦσαν, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι μάλιστα ἐθάρσουν. β'.*

2) *Ἄγιδος στρατεία ἐς Οἰταίους καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας. οἱ Λακεδαιμόνιοι ταῖς πόλεσι ναῦς προστάσσουσιν. γ'.*

3) *Ἀντιπαρασκευάζονται δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἐς εὐτέλειαν ξυστέλλονται. δ'.*

4) *α) Πρῶτοι Εὐβοῆς καὶ Λέσβιοι ὡς Ἆγιν περὶ ἀποστάσεως ἀφικνοῦνται. κεφ. ε'. § α'—γ'. β) Χῖοι δὲ καὶ Ἐρυθραῖοι ἐς Λακεδαίμονα τρέπονται. § δ'. ε'. ὅποι καὶ Φαρναβάζου πρέσβεις παραγίγνονται. κεφ. ϛ'. § α'. ἅμιλλα μὲν οὖν γ) γίγνεται ἐν Λακεδαίμονι· οἱ δὲ Χῖοι προτιμῶνται ξυμπράσσοντος αὐτοῖς Ἀλκιβιάδου. δύναμις σεισμοῦ. § β'—ε'.*

XX. *Εἰκοστὸν ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. ζ'—ξ'.*

A. *Θέρος. Κεφ. ζ'—κη'.*

1) *Πρῶτος στόλος τῶν Λακεδαιμονίων ἐς τὴν Χίον, ὃν Ἀθηναῖοι ταράσσουσι καὶ ταῖς ναυσὶν ἐν Πειραιῷ τῆς Κορινθίας ἐφορμοῦσιν. ζ'—ια'.*

2) *Ἀλκιβιάδης Ἔνδιον ἔφορον πείσας μετὰ Χαλκιδέως Λακεδαιμονίου καὶ πέντε νεῶν ἐς Ἰωνίαν ἀνάγεται. ιβ'.*

3) *Αἱ ἀπὸ τῆς Σικελίας Πελοποννησίων νῆες ἐς Κόρινθον καταπλέουσι. ιγ'.*

4) *Χαλκιδέως καὶ Ἀλκιβιάδου ἀφικομένων ἐς τὴν Ἰωνίαν Χῖοι καὶ Ἐρυθραῖοι καὶ ὕστερον Κλαζομένιοι Ἀθηναίων ἀφίστανται. ιδ'.*

5) *Ἀθηναίων ψηφίσματα περί τε χιλίων ταλάντων καὶ τοῦ ναῦς ἐπιπληροῦν τε καὶ ἐπιπέμπειν. ιε΄.*

6) *Στρομβιχίδου Ἀθηναίου Χαλκιδέα φυγόντος καὶ Τήιοι ἀφίστανται, ὧν τὸ πρὸς ἤπειρον τεῖχος καθαιρεῖται. ις΄.*

7) *Μιλήτου ἀπόστασις Στρομβιχίδου καὶ Θρασυκλέους ὑστερισάντων. ιζ΄.*

8) *Πρώτη ξυμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ βασιλέως. ιη΄.*

9) *Χῖοι Διομέδοντι μὲν Ἀθηναίῳ ἐπιτυχόντες τέσσαρας ναῦς ἀποβάλλουσιν, ὕστερον δὲ Λέβεδον καὶ Ἐρὰς ἀφιστᾶσιν. ιθ΄.*

10) *Ἐπέκπλους τῶν ἐν τῷ Πειραιῷ Πελοποννησίων νεῶν. Ἀστύοχος γίγνεται ναύαρχος Λακεδαιμονίων. κ΄. § α΄.*

11) *Τισσαφέρνους ἀναχωρήσαντος Διομέδων Τηίοις μὲν σπένδεται, Ἐραῖς δὲ μάτην προσβάλλει. § β΄.*

12) *Στάσις τῶν Σαμίων, οἷς Ἀθηναῖοι αὐτονομίαν ψηφίζονται. κα΄.*

13) *Οἱ Χῖοι καὶ Ἀστύοχος Λέσβῳ ἐπιχειρήσαντες ἄπρακτοι γίγνονται· καὶ μὴν καὶ Κλαζομεναὶ Ἀθηναίοις πάλιν προσχωροῦσιν. κβ΄. κγ΄.*

14) *Ἀθηναῖοι ἔν τε Πανόρμῳ τῆς Μιλησίας Χαλκιδέα ἀποκτείνουσι καὶ ἐς Χίον ἀποβάντες διαπορθοῦσιν. ἡ πρότερον εὐδαιμονία καὶ σωφροσύνη τῶν Χίων. ἔνιοι ἐγχειροῦσιν αὐτοὺς πάλιν πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν. κδ΄.*

15) *Στρατεία Ἀθηναίων τε καὶ Ἀργείων ἄπρακτος ἐς Μίλητον τῶν ἀμφὶ Φρύνιχον στρατηγούντων. κε΄—κζ΄.*

16) *Οἱ Πελοποννήσιοι Ἴασον ἑλόντες καὶ Ἀμόργην ζωγρήσαντες τοῦτόν τε καὶ τὸ πόλισμα Τισσαφέρνει παραδιδόασι. Πεδάριτος καὶ Φίλιππος. κη΄.*

B. *Χειμών. Κεφ. κθ΄—ξ΄.*

1) *Ὁπόσην τροφὴν Τισσαφέρνης τοῖς Πελοποννησίοις ἢ διέδωκεν ἢ πρὸς Ἑρμοκράτη διενεχθεὶς ὡμολόγησεν. κθ΄.*

2) *Οἱ ἐν Σάμῳ Ἀθηναῖοι οἴκοθεν βοήθειαν δεξάμενοι τὸ μὲν τοῦ ναυτικοῦ ἐπὶ Χίον πέμπουσι, τὸ δ᾽ ἐν Σάμῳ μένει. λ΄.*

3) *Ἀστύοχος Πτελεῷ καὶ Κλαζομεναῖς μάτην ἐπιχειρεῖ· αἱ δὲ ταῖς Κλαζομεναῖς ἐπικείμεναι νῆσοι διαρπάζονται. λα΄.*

4) *Λέσβιοι μὲν Ἀστυόχῳ πάλιν πράσσουσι περὶ ἀποστάσεως· Χῖοι δὲ καὶ Πεδάριτος ἀντιλέγουσι. λβ΄. διόπερ ὁ Ἀστύοχος τοῖς Χίοις ἀγανακτῶν, προσβαλὼν Κωρύκῳ καὶ Ἐρυθραῖς ἐς Μίλητον κομίζεται. λγ΄.*

5) *Πλοῦς τῶν ἀπὸ Σάμου Ἀθηναίων, οἳ περὶ Χίον χειμάζονται. λδ΄.*

6) *Ἱπποκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐς Κνίδον ἤδη ἀφεστηκυῖαν καταπλεῖ, καὶ ἓξ μὲν ναῦς ἐς Τριόπιον πέμψας ἀποβάλλει, τὴν δὲ Κνίδον σῴζει. λε΄.*

7) *Λακεδαιμονίων εὐπορία, οἳ πρὸς Τισσαφέρνη ἄλλας ξυνθήκας ποιοῦνται. λς'.*

Αἱ δεύτεραι ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων καὶ βασιλέως Δαρείου. λζ'.

8) *Οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Χίον ἀποβάντες Δελφίνιόν τε τειχίζουσι καὶ τοὺς Χίους Ἀστύοχον μάτην ἐπικαλουμένους ἐς μεγίστην ἀπορίαν καθιστᾶσι. Μιλήτῳ γίγνονται ἐπίπλοι. λη'.*

9) *Ἐκ τῆς Πελοποννήσου Ἀντισθένης καὶ ἕνδεκα Σπαρτιατῶν ξύμβουλοι ὡς ἐπὶ Ἰωνίας καὶ ἐντεῦθεν ἐφ' Ἑλλησπόντου πλευσόμενοι, Μήλῳ προσβαλόντες καὶ πρὸς τὴν Κρήτην ἀποτραπόμενοι ἐς Καῦνον καταίρουσι. λθ'.*

10) *Τοῖς Χίοις μέγιστα κακουμένοις Ἀστύοχος πολλάκις ἐπικληθεὶς τελευτῶν ὥρμητο μὲν βοηθεῖν· ἀκούσας δὲ τὰς ἐκ τῆς Πελοποννήσου ναῦς ἐς Καῦνον παραγενέσθαι, ἐκεῖ πλέων Κῶν τε ἐκπορθεῖ καὶ ἐς Κνίδον καταίρει, ὅθεν πρὸς Σύμην ἐπὶ Χαρμῖνον κομίζεται. ὁ δὲ πρῶτον ἐν τῇ μάχῃ ἐπικρατήσας ὕστερον ἐς φυγὴν καθίσταται· καὶ Ἀστύοχος ταῖς ἐκ τῆς Καύνου ναυσὶ ξυμμίγνυσιν. μ'—μβ'.*

11) *Οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ μάλιστα Λίχας Τισσαφέρνει ἐν Κνίδῳ περὶ τῶν σπονδῶν ἀμφισβητοῦσιν. ὁ δὲ ἀπέρχεται δι' ὀργῆς. μγ'.*

12) *Στρατεία Πελοποννησίων ἐς τὴν Ῥόδον, ἥνπερ πείθουσιν ἀποστῆναι Ἀθηναίων. οἱ δὲ ὑστερήσαντες μάτην τῇ Ῥόδῳ ἐπίπλους ποιοῦνται. μδ'.*

13) *Ἀλκιβιάδης παρὰ Τισσαφέρνη ὑποχωρήσας πρὸς αὐτὸν τῶν Πελοποννησίων κακοῖ τὰ πράγματα, τήν τε μισθοφορὰν ξυντέμνων καὶ ἐκείνῳ παραινῶν αὐτοὺς περὶ ἑαυτοὺς τοὺς Ἕλληνας κατατρῖψαι. με'. μς'.*

14) *Ταῦτα δὲ Ἀλκιβιάδης ἔπρασσε τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα μηχανώμενος, ὅπου καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν ἅμα σπεύδει. μζ'.*

15) *Πρῶτον μὲν δὴ ἐν Σάμῳ ξυνωμοσία γίγνεται, ὅπως ὀλιγαρχίαν καταστήσουσι. μη'. § α'. β'.*

16) *Φρύνιχος μὲν τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἀντιπράσσει· § δ' — ς'. οἱ δὲ ξυνωμόται ἐμμένοντες τῇ προαιρέσει τοὺς ἀμφὶ Πείσανδρον πρέσβεις ἐς Ἀθήνας παρασκευάζονται πέμπειν. μθ'.*

17) *Τότε μὲν δὴ Φρύνιχος τά τε Ἀλκιβιάδου Ἀστυόχῳ μηνύει καὶ προδοσίαν μελετᾷ· Ἀστύοχος δὲ πάντα ταῦτα τῷ Ἀλκιβιάδῃ ἐξαγγέλλει. ν'. Φρυνίχου πάλαισμα, ὅτε τὴν Ἀλκιβιάδου ἀπιστίαν ᾔσθετο. διόπερ Σάμος τειχίζεται, καὶ Ἀλκιβιάδης οὐ πιστὸς δοκεῖ εἶναι. να'.*

18) *Ἀλκιβιάδης Τισσαφέρνη μεμνημένον τῆς ἐν Κνίδῳ διαφορᾶς Ἀθηναίοις φίλον ποιεῖν προθυμεῖται. νβ'.*

19) *Οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον ἐς Ἀθήνας ἐλθόντες τῷ δήμῳ*

καίπερ πολλῶν ἀντιλεγόντων παραινοῦσιν ἐς ὀλίγους τε τὰς ἀρχὰς ποιῆσαι καὶ Ἀλκιβιάδην καταγαγεῖν. νγ'.

20) *Πείσανδρος μὲν ὡς Τισσαφέρνη καὶ Ἀλκιβιάδην πέμπεται, ἀντὶ δὲ Φρυνίχου καὶ Σκιρωνίδου Λέων καὶ Διομέδων ἄρχοντες καθίστανται. νδ'.*

21) *Οὗτοι μὲν οὖν ἐς Ῥόδον ἀπόβασιν ποιοῦνται. τοῖς δὲ ἐνθάδε Πελοποννησίοις ἀγγέλλεται ἡ μεγίστη τῶν Χίων ταλαιπωρία, ἔνθα Πεδάριτος ἀπετεθνήκει. νε'.*

22) *Οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον τῷ Τισσαφέρνει ἐς λόγους ἐλθόντες περὶ ὁμολογίας Ἀλκιβιάδου τεχνάσματι ἄπρακτοι γίγνονται. νϛ'.*

23) *Τισσαφέρνης ἐς Καῦνον παρελθὼν πρὸς Λακεδαιμονίους τρίτας σπονδὰς σπένδεται. νζ'.*

Αἱ τρίται σπονδαὶ Λακεδαιμονίων καὶ βασιλέως Δαρείου. νη'. Μεθ' ἃς Τισσαφέρνης δοκεῖ παρασκευάζεσθαι ὡς τὰ ἐπηγγελμένα διαπράξων. νη'.

24) *Βοιωτοὶ μὲν Ὠρωπὸν Ἐρετριέων, οἵπερ ἀπόστασιν ἐνεθυμοῦντο, ξυμπραξάντων αἱροῦσιν· οἱ δ' ἐκ Ῥόδου Πελοποννήσιοι ἐς Χίον βοηθήσοντες πρὸς Μίλητον ἀφικνοῦνται. ξ'.*

XXI. *Πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος τοῦ πολέμου. Θέρος. Κεφ. ξα' — ρθ'.*

1) *Δερκυλίδας μὲν ἐφ' Ἑλλήσποντον παραπέμπεται, Χῖοι δὲ Λέοντα ἄρχοντα λαβόντες οὐ κακῶς ναυμαχοῦσι. ξα'.*

2) *Δερκυλίδας Ἄβυδον ἀφίστησι καὶ ὕστερον καὶ Λάμψακον· ταύτην δὲ Στρομβιχίδης ἀναλαμβάνει. ξβ'.*

3) *Οἱ Χῖοί τε θαλασσοκράτορες μᾶλλον γίγνονται καὶ Ἀστύοχος ἐπίπλουν τῇ Σάμῳ ποιεῖται. ξγ'. § α'. β'.*

4) *Ἡ ἐν Ἀθήναις δημοκρατία καταλύεται, ἀνθ' ἧς ἀνδρῶν τετρακοσίων καθίσταται ἀρχή. ξγ'. § γ' — ξθ'.*

α) *Οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν τῇ Σάμῳ ξυνωμόται ὀλιγαρχίαν καταστῆσαι βουλεύονται. ξγ'. διόπερ Πείσανδρος μὲν ἐς Ἀθήνας ἀποστέλλεται, Διειτρέφης δὲ ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης. τὰ ἐν Θάσῳ ξυμβάντα, ἥπερ τῆς δημοκρατίας ἀναιρεθείσης ἀφίσταται. ξδ'.*

β) *Τὰ ἐν Ἀθήναις τοῖς ἑταίροις προειργασμένα. Ἀνδροκλέους φόνος. περὶ πεντακισχιλίων ἀρχῆς γίγνεται λόγος. ξε'. τῶν μὲν ἑταίρων δύναμις καὶ θρασύτης, τοῦ δὲ δήμου κατάπληξις καὶ ὑποψία. ξϛ'.*

γ) *Πεισάνδρου ἐλθόντος πρῶτον μὲν δέκα ξυγγραφῆς αἱροῦνται, ἔπειτα πάρεδροι πέντε, δι' ὧν ἄνδρας τετρακοσίους καταστῆσαι ἄρχοντας δοκεῖ. ξζ'. ὀνομάζονται οἱ πλὴν Πεισάνδρου προθυμότατα τὸν δῆμον καταλύσαντες, Ἀντιφῶν καὶ Φρύνιχος καὶ Θηραμένης. ξη'*

δ) *Οἱ τετρακόσιοι τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευτὰς τοῦ βουλευτηρίου ἐκβάλλουσιν.* ξθ'.

5) *Οἱ τετρακόσιοι κατὰ κράτος διοικοῦσι τὴν πόλιν καὶ πρὸς Ἆγιν ἐπικηρυκεύονται περὶ διαλλαγῆς.* ο'. *ὁ δὲ οὐδὲν ξυμβατικὸν ἀποκρινάμενος ἐκ Δεκελείας πρὸς τὴν πόλιν στρατιᾷ πολλῇ μάτην καταβαίνει.* οα'.

6) *Τὸ ἐν Σάμῳ στρατόπεδον τῶν Ἀθηναίων τὴν δημοκρατίαν προαιρεῖται, ἐναγόντων Λέοντός τε καὶ Διομέδοντος καὶ Θρασυβούλου τε καὶ Θρασύλλου.* οβ' — οζ'. (*Ὑπερβόλου φόνος.* ογ'. *Χαιρέας.* οδ'.)

7) *Οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ ναυτικῷ στρατιῶται θορυβοῦσιν ἀχθόμενοι τῇ ἀπραξίᾳ.* οη'. *τοιγαροῦν Ἀστύοχος ἐς Μυκάλην πλεῖ· Στρομβιχίδου δὲ ἐπανελθόντος ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου πάλιν ἀποπλεῖ ἐπὶ τῆς Μιλήτου.* οθ'.

8) *Οἱ Πελοποννήσιοι ἀποστέλλουσιν ὡς Φαρνάβαζον Κλέαρχον ἔχοντα ναῦς τεσσαράκοντα, ὧν αἱ μὲν πλείους χειμασθεῖσαι ἐπανέρχονται, αἱ δὲ Βυζάντιον ἀφιστᾶσιν.* π'.

9) *Ἀλκιβιάδης ὑπὸ Θρασυβούλου ἐς τὴν Σάμον κατάγεται, ὅπου ὀλοφυράμενος καὶ μεγαλαυχήσας στρατηγὸς ἀποδείκνυται, καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλεῖν διακωλύει, πορεύεται δὲ ὡς Τισσαφέρνη.* πα'. πβ'.

10) *Καινοὶ θόρυβοι τῶν τε ἐν Μιλήτῳ Πελοποννησίων, οἳ τὸν μὲν Τισσαφέρνη δι' ἔχθρας ἔχουσιν, Ἀστυόχῳ δὲ τοσοῦτον ἐπιτιμῶσιν ὥστε Δωριεῖ καὶ πληγὰς ἠπείλησε, καὶ τῶν Μιλησίων αὐτῶν, οἳ τὸ ἐν τῇ πόλει Τισσαφέρνους φρούριον αἱροῦσιν, ὅπερ Λίχας ἀποδοκιμάζει.* πγ'. πδ'.

11) *Μινδάρου ναυάρχου ἀφικομένου Ἀστύοχος ξὺν Τισσαφέρνους τε πρεσβευτῇ καὶ Ἑρμοκράτει καὶ Μιλησίοις τισὶν ἀποπλεῖ.* πε'.

12) *Ἐς Σάμον παραγίγνονται μὲν ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πρέσβεις, οἷς λέξασιν Ἀλκιβιάδης ἤδη ἐπανεληλυθὼς ἀδεῶς ἀποκρίνεται, ἅμα δὲ καὶ τὴν πατρίδα μέγα ὠφελεῖ· παραγίγνονται δὲ καὶ οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν Παράλων.* πς'.

13) *Τισσαφέρνης Ταμὼν καταλιπὼν ἐς Ἄσπενδον πορεύεται, λόγῳ μὲν τὰς Φοινίσσας ναῦς ἄξων· αὗταί γε μέντοι οὐκ ἔρχονται. ὑπόνοιαι περὶ τούτου.* πζ'. *Ἀλκιβιάδης τῷ Τισσαφέρνει ἀκολουθῶν ἐπὶ Φασήλιδος καὶ Καύνου πλοῦν ποιεῖται.* πη'.

14) *Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι Θηραμένους καὶ Ἀριστοκράτους μάλιστα προθυμηθέντων* (πθ'. ϟβ') *μετὰ τὸν Φρυνίχου φόνον* (ϟβ') *καὶ μεγάλας ταραχὰς* (ϟβ' — ϟδ'. ϟς') *τοὺς τετρακοσίους Ἠετιώνειαν τειχίσαντας* (ϟ') *καταπαύσαντες τοῖς τετρακισχιλίοις τὰ πράγματα παραδιδόασιν* (ϟζ')· *οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ναυμαχίαν τε νικήσαντες Εὔβοιαν ἀφιστᾶσι* (ϟε') *καὶ δι' Ἀριστάρχου προδοσίας Οἰνόην* (ϟθ') *λαμβάνουσι.* πθ' — ϟθ'.

15) *Μίνδαρος Θράσυλλον λαθὼν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πλεῖ* ϟθ′ — ρα′, *καὶ τῶν ἐκ Σηστοῦ ὑποφευγόντων Ἀθηναίων τέσσαρας ναῦς ἑλὼν ταῖς ἐξ Ἀβύδου σφετέραις ξυμμίσγει.* ρβ′.

16) *Οἱ Ἀθηναῖοι πᾶν τὸ περὶ Λέσβον καὶ Ἴμβρον ναυτικὸν ἐς Ἐλαιοῦντα ξυναγείρουσι.* ργ′.

17) *Ναυμαχία Μινδάρου καὶ Θρασυβούλου τε καὶ Θρασύλλου περὶ τὴν ἄκραν τὸ Κυνὸς σῆμα, ᾗ νικῶνται οἱ Πελοποννήσιοι.* ρδ′ — ρς′.

18) *Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι Κυζικόν τε ἀφεστηκυῖαν καὶ ὀκτὼ πλοῖα αἱροῦσιν, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἀπόντων αὐτῶν τῶν ἐν Ἐλαιοῦντι σφετέρων νεῶν τὰς ἀκεραίους κομίζονται.* ρζ′.

19) *Ἀλκιβιάδης ἐς Σάμον καταπλεῖ, καὶ Ἁλικαρνασσέας τε χρήματα ἐκπράσσει καὶ Κῶν τειχίζει.* ρη′. § α′. β′.

20) *Τισσαφέρνης ἐς τὴν Ἰωνίαν ἐλαύνει, ἔνθεν μὲν τοὺς Ἀρσάκου τοῦ ἑαυτοῦ ὑπάρχου φρουροὺς ὑπ' Ἀνδρίων ἐκβληθέντας αἰσθόμενος ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου ὡς τοῖς Πελοποννησίοις μεμφόμενος διανοεῖται ἀπιέναι· πρῶτον δὲ ἀφικνεῖται ἐς Ἔφεσον.* ρη′. § γ′. δ′. ρθ′.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Θ.

---

1 1. Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ἐπειδὴ ἠγγέλθη, ἐπὶ πολὺ μὲν ἠπίστουν καὶ τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαπεφευγόσι καὶ σαφῶς ἀγγέλλουσι, μὴ οὕτω γε ἄγαν πανσυδὶ διεφθάρθαι· ἐπειδὴ

Διάθεσις τῶν ψυχῶν τῶν Ἀθηναίων ἀγγελθείσης τῆς ξυμφορᾶς καὶ παρασκευαὶ αὐτῶν.

Cap. 1. § 1. *μὴ οὕτω γε ἄγαν* Vat., quod etiam a Valla ita undique omnia interpretato lectum recepit Bekk. recte comparans I 75, 1 *μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως*; *μὴ οὕτω γε ἂν* reliqui codd.

πανσυδί Cass. Aug. Cl. Ven. T. It. Vat. Reg. et duodecim alii, *πασσυδί* F. „Utroque modo apud veteres pingi testis Eustath. ad Il. II 12. Aelius Dionysius apud eundem, locum hunc adducens, *πανσυδεί* scribit et *παντελῶς* reddit. Vid. Il. XI 708. 724. II 12. 29. 66. Denique Pollux VI 162 hunc, ut videtur, locum adducens, ut ex *πανωλεθρία* patet, etiam *πανσυδί* legit. [At IX 143 habet *πασσυδί*, quod idem Bekker VI 162 reposuit.] Contra vero Suid. in *πασσυδεί*. [Cf. Lob. ad Phryn. p. 515.] Utroque modo scribit Hesych.“ Wass. *Πασσ.* commendat Buttm. Gr. max. II p. 353. Nos *ν* propter librorum paene omnium hic et VII 50, 4 in *πανσέληνος* consensum praetulimus, ut Bloomf., qui idem apud imitatores Thucydidis legi docet, apud quorum nonnullos tamen etiam alterum invenitur. Ceterum cf. Schneid. ad Plat. III p. 203. Spitzn. ad Il. II 12.

Cap. 1. § 1. *Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας.* Haec ideo *ἐπειδή* coniunctioni sunt praeposita, quod libri septimi verbis extremis *περὶ Σικελίαν* sunt contraria. De *ἐς* cf. adn. IV 15, 1. — *ἠπίστουν.* De re cf. Plut. Nic. 30 et Athen. IX 72. — *τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν.* Ita VIII 89, 2 *τῶν πάνυ στρατηγῶν.* — *ἐξ αὐτοῦ . . . διαπεφευγόσι.* Cf. VII 85, 4. Falso Class. *διαπεφευγόσι* pro participio attributivo accipit conferens I 91, 1. Nam articulus *τοῖς* necessario ita ad *πάνυ* pertinet, ut ad *διαπεφευγόσι* referri nequeat. — *μὴ οὕτω γε ἂν . . . διεφθάρθαι.* De *μή* cf. adn. I 10, 1. — *τοῖς ξυμπροθυ-*

δὲ ἔγνωσαν, χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ψηφισάμενοι, ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι καὶ ὁπόσοι τι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται Σικελίαν. πάντα δὲ 2
πανταχόθεν αὐτοὺς ἐλύπει τε καὶ περιειστήκει ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ φόβος τε καὶ κατάπληξις μεγίστη δή. ἅμα μὲν γὰρ στερόμενοι καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος καὶ

ἐπειδή τε in plerisque libris praeter Vat. et Cl., quod, etsi interdum *μέν* et *τέ* inter se respondent, hic non videtur ferri posse. *ἔπεισαν* pro *ἐπήλπισαν* Vat. Cf. adn.

§ 2. *στερούμενοι* Cass. Aug. Cl. Ven. T. It. Reg. X., quod damnandum, si verum est discrimen utriusque flexionis a Buttm. in Gr. Ind. verb. anom. propositum, cui refragantur Xen. Anab. I 9, 13. VII 1, 30. Luci. Char. 1 18 aliaque exempla recentiorum, de quibus cf. Lob. ad Buttm. l. d. *Στέρονται* ex praeceptis Buttmanni praeter alios Demosth. VI 21.

μηθεῖσι . . . τὸν ἔκπλουν, qui cum ipsis hanc navalem expeditionem studiose suaserant. Cf. Xen. Cyr. VI 1, 19 *συμπροθ. ταῦτα* et adn. IV 81, 1. — **τῶν ῥητόρων.** Ut Demostrato. Vid. adn. VI 25, 1. — **τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι.** De *χρησμολόγοις* vid. adn. II 8, 2. Discrimen *χρησμολόγων* et *μάντεων* exponit Paus. I 34, 3. Cf. Herm. Antiqu. II § 37, 21. 39, 7. Latine hariolos et vates dixeris, ut Curt. VII 7, 8. Cf. etiam Cic. de Nat. Deor. I 20, 55, ubi varia genera talium hominum nominantur. Similiter *θεομάντεις* et *χρησμῳδούς* iunxit Plat. Apol. 22 c, *χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις* Ion. 534 d, *μαντικήν τε καὶ χρησμούς* Thuc. V 103, 2. Vaticiniis deceptos esse in ea re Athenienses diligentius docet Krueg. ad Dion. p. 272. Add. Aristid. II p. 186 et Paus. VIII 11, 6. — **καὶ ὁπόσοι . . . ἐπήλπισαν**] *ἀντὶ τοῦ θεοφορηθέντες ἐν ἐλπίδι ἐποίησαν. ἤγουν θεῖά τινα ἐπιφθεγξάμενοι εἰς ἐλπίδας ἐνέβαλον.* Schol. „*Θειάσαντες* cum activum sit et *αὐτούς* [nisi hoc ex solo *ἐπήλπ.* pendet] haud dubie regat, sign. divino impetu et ardore implessent (Athenienses), sicut olim Solon de Salamine." Bau. Similiter iam Steph. in Thes. At Dukas *οὐδετέρως* inquit *ἐκληπτέον ἀντὶ τοῦ ἐνθουσιαζόμενοι*, cui Goeller assentitur comparans Photii et Suidae verba *θειάσαντες, θεόληπτοι γεγονότες* et *θειαζόντων, μαινομένων* atque alia nonnulla. Cum contemptu dictum putat Arn. ut apud Dion. Cass. LXII 18, 4, quare uttering pretended oracles interpretatur Bloomf. Cf. *θειασμῷ προσκείμενος* VII 50, 4 et ib. adn. De *ἐπελπίζειν* verbo vid. 54, 1.

§ 2. **πάντα πανταχόθεν.** Cf. VII 87, 6. — **ἐλύπει τε.** *Τέ* ut alibi traiectum est, quod scriptor *πάντα δέ τε* noluit dicere. Cf. adn. II 37, 2. — **περιειστήκει.** Recte Port. circumstabat (ipsos). Vid. adn. III 54, 5. — **φόβος τε καὶ κατάπληξις.** Cf. adn. VII 80, 3. Locis Plut. Nic. et Plat. Euthyphr.

ἡ πόλις ὁπλιτῶν τε πολλῶν καὶ ἱππέων καὶ ἡλικίας οἵαν οὐχ ἑτέραν ἑώρων ὑπάρχουσαν ἐβαρύνοντο· ἅμα δὲ ναῦς οὐχ ὁρῶντες ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἱκανὰς οὐδὲ χρήματα ἐν τῷ κοινῷ οὐδ' ὑπηρεσίας ταῖς ναυσὶν ἀνέλπιστοι ἦσαν ἐν τῷ παρόντι σωθήσεσθαι, τούς τε ἀπὸ τῆς Σικελίας πολεμίους εὐθὺς σφίσιν ἐνόμιζον τῷ ναυτικῷ ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλευσεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ τοσοῦτον κρατήσαντας, καὶ τοὺς αὐτόθεν πολεμίους τότε δὴ καὶ διπλασίως πάντα παρεσκευασμένους κατὰ κράτος ἤδη καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης ἐπικείσεσθαι, καὶ τοὺς ξυμμάχους σφῶν μετ' αὐτῶν ἀποστάν-
3 τας. ὅμως δὲ ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι, ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικόν, ὅθεν ἂν δύνωνται ξύλα ξυμπορισαμένους καὶ χρήματα, καὶ τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, καὶ μάλιστα τὴν Εὔβοιαν, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τι ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν

§ 3. ὅθεν om. Vat., quasi ἂν sit pro ἐάν, contra consuetudinem Thucydidis. Cf. sd. IV 46, 3.

ibi allatis etiam τὲ καί particulae satis defenduntur. — στερόμενοι ... ἰδίᾳ ἕκαστος. Quibus rebus pro se quisque privatim orbati fuerint, non est additum. ,,Immerito reprehendit Bauer hoc genus zeugmatis; facillime enim ad ἰδίᾳ ἕκαστος intellegitur ἀνδρῶν ξυγγενῶν ex ὁπλιτῶν, ἱππέων καὶ ἡλικίας.“ Haack. — τοῖς νεωσοίκοις. Cf. adn. VII 25, 5. — τῷ κοινῷ. Cf. adn. I 80, 4. — ὑπηρεσίας. Vid. adn. I 143, 1. VI 31, 3. — εὐθὺς ... πλευσεῖσθαι. Simillimum enuntiatum 96, 3 εὐθὺς σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλεῖν comparat Arn. de discriminibus horum verborum disputans.

§ 3. ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Cf. adn. VII 76. — παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικόν. Cum his non καὶ χρήματα, sed καὶ τὰ ... ποιεῖσθαι videantur respondere, καί per anacoluthon ita traiectum est, quasi secuturum sit καὶ τὰ ... ποιούμενοι pariter atque c. 4 dictum est παρεσκευάζοντο ... τὰ τῶν ξυμμάχων διασκοποῦντες ὅπως μὴ σφῶν ἀποστήσονται. Class. στρατιάν τε ὡς πλείστην ante καί excidisse putat, quod nobis refelli videtur iis quae c. 4 narrantur, ubi cum huc respiciatur, comparandi exercitus nulla fit mentio. — τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, i. e. τὰ τῶν ξυμμάχων ἀσφαλίζεσθαι, τοὺς ξυμμάχους ἀσφαλῶς φυ-

παρόντων ὡς ἂν καιρὸς ᾖ προβουλεύσουσι. πάντα 4
τε πρὸς τὸ παραχρῆμα περιδεές, ὅπερ φιλεῖ δῆμος ποιεῖν, ἑτοῖμοι ἦσαν εὐτακτεῖν. καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐποίουν ταῦτα. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

οἵ τε Ἕλληνες πάντες πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἐπηρ-

2. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος πρὸς τὴν 1
ἐκ τῆς Σικελίας τῶν Ἀθηναίων μεγάλην κακοπραγίαν εὐθὺς οἱ Ἕλληνες πάντες ἐπηρμένοι ἦσαν,

§ 4. ἐτελεύτα τοῦτο Vat. At vid. II 92, 7. III 86, 5. 102, 7. IV 49. V 12. 50, 5. 75, 6. 82, 6. 115, 4. VI 62, 5. VII 9. VIII 28, 5.

λάσσειν. Cf. τὰ τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν II 13, 2 et de ποιεῖσθαι adn. III 3, 4. — καὶ μάλιστα, et maxime quidem. — τῶν τε κατὰ . . . σωφρονίσαι. „Hoc scholiastes refert ad privatos, quasi hi iussi fuerint parcius et minus sumptuose quam ante vivere. Sed dubito, an Thucydides potius de sumptibus publicis circumcisis [quod et verbis unice congruat τῶν κατὰ τὴν πόλιν τι, Bau.] loquatur. — Fiebant autem multi Athenis sumptus publici in sacra, in spectacula et [alia], quos minuere et in usum belli convertere volebant Athenienses. Sic idem fere de Atheniensibus dicat Thucydides, quod de Nerva Xiphilinus [LXVIII 2]: πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ ἱπποδρομίας, ἄλλας τέ τινας θέας κατέλυσε, συστέλλων ὡς οἷόν τε τὰ δαπανήματα. Adhibere sumptibus modum dicit Suetonius Ner. 16, cavere sumptibus publicis Capitolinus M. Antonin. Philos. 11, ubi vid. Casaub. Ipse Thucydides interpres est verborum suorum infra c. 4: καὶ τὰ ἄλλα, εἴ πού τι ἐδόκει ἀχρεῖον ἀναλίσκεσθαι, ξυστελλόμενοι ἐς εὐτέλειαν." Duk. Cf. 86, 6 ἐς εὐτέλειαν ξυντέμνειν et adn. VIII 5. De re cf. Aristid. I p. 160. — ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, prout opportunum esset, sicut tempus requireret. — προβουλεύσουσι. „Id est βουλεύσουσι πρὶν ἢ ταῦτα ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς καὶ αὐτῷ τῷ δήμῳ [τῷ] τῶν πάντων κυρίῳ προτίθεσθαι." Ae. Port. „De προβούλοις vid. Wessel. ad Herod. VI 7. Aristot. Polit. VI 5, 10 [p. 1298b]." Krueg. ad Dion. p. 273. Cf. Herm. Antiqu. I § 165, 10. R. Schoell. in Comment. in honorem Mommseni script. p. 452 sq. Ad hos προβούλους aliquotiens respici videtur in Aristoph. Lys. ex v. 387, ubi unus loquens inducitur. Cf. etiam Lys. XII 65, ubi Hagnon, Theramenis pater, inter eos fuisse dicitur, et Aristot. Rhet. III 18, 2, qui unum ex iis Sophoclem nominat eumque cum reliquis προβούλοις quadringentos instituisse memorat. Συνέδρους vocari in Isocr. Areop. c. 24 suspicatur Benseler p. 323. Add. adn. 67, 1.

§ 4. πάντα . . . εὐτακτεῖν, in omnibus . . . se modestos et oboedientes praebere, Haas. Nam εὐτακτεῖν esse verbum intransitivum docent Bloomf. et Did. De articulo ante δῆμος omisso cf. adn. I 107, 5. — καὶ ἐποίουν. De καί cf. adn. II 93, 4.

Cap. 2. § 1. πρὸς τὴν ἐκ . . . κακοπραγίαν, i. e. πρὸς τὴν ἐν τῇ Σικ. γενομένην καὶ ἐκ τῆς Σικ. ἀγγελθεῖσαν κακοπρ. Cf. adn. III 103, 2. VI 89, 2. De πρός, secundum, propter, cf. III 22, 7. IV 80, 2. Schoem. ad Plut. Cleom. 3, 2. — ἐπηρμένοι ἦσαν, ani-

οἱ μὲν μηδετέρων ὄντες ξύμμαχοι, ὡς, ἤν τις καὶ μὴ παρακαλῇ σφᾶς, οὐκ ἀποστατέον ἔτι τοῦ πολέμου εἴη, ἀλλ' ἐθελοντὶ ἰτέον ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, νομίσαντες κἂν ἐπὶ σφᾶς ἕκαστοι ἐλθεῖν αὐτούς, εἰ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ κατώρθωσαν, καὶ ἅμα βραχὺν ἔσεσθαι τὸν λοιπὸν πόλεμον, οὗ μετασχεῖν καλὸν εἶναι, οἱ δ' αὖ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι ξυμπροθυμηθέντες ἐπὶ πλέον ἢ πρὶν ἀπαλλάξεσθαι διὰ τάχους πολλῆς ταλαιπωρίας·

2 μάλιστα δὲ οἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἑτοῖμοι ἦσαν καὶ παρὰ δύναμιν αὐτῶν ἀφίστασθαι διὰ τὸ ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγματα καὶ μηδ' ὑπολείπειν λόγον αὐτοῖς ὡς τό γ' ἐπιὸν θέρος οἷοί

μένοι ἦσαν, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι μάλιστα ἐθάρσουν.

Cap. 2. § 1. νομίζοντες Vat., sed σα superscr.

ἐλθεῖν ἂν Vat., cui superius κἂν non magnopere obstat. Vid. adn. I 136, 4. Sed ante αὐτούς etiam errori debeatur.

καὶ ἅμα ἡγούμενοι vulgo, sed ἡγούμενοι Vat. et Vall. om.

§ 2. ὀργῶντας male Vat.

λόγον om. pars codd. (habet Vat.). Quo suspectum fiat, si eo omisso tota enuntiatio ab ὡς incipiens ὑπολείπειν verbi possit esse obiectum. Cf. adn. IV 61, 2. Defendit tamen Krueg. ad Dion. Praef. p. LIX sq. Cf. adn.

αὐτοὶ οἷοι Vat. ex interpr. Addito enim αὐτοί explicatur superius αὐτοῖς. Alii qui ex opposito cogitentur non sunt. Neque soli, quod Class. interpretatur, ad rerum cohaerentiam quadrat.

mis ereeti erant. Vid. adn. II 11, 2. — ἤν τις καὶ μή. De traiectione particularum loquuntur Steph. et alii. Sed prorsus eodem ordine Germani *wenn man auch nicht*. Similiter ἤν ἄρα τι καί I 140, 1. Cf. I 70, 7. III 46, 2. — ἀποστατέον, abstinendum. Cf. adn. VI 88, 4. — ἐθελοντί. Antiquissimum est huius adverbii exemplum, quod fugit diligentiam Lobeckii ad Phryn. p. 5. — ξυμπροθυμηθέντες ... ἀπαλλάξεσθαι, si maiore studio quam antea eos adiuvissent (cf. II 80, 3), fore ut celeriter magno labore liberarentur. Haec enim a verbo νομίσαντες pendent, quod hic quoque cogitatur. Non potest ἀπαλλάξεσθαι a verbo ξυμπροθυμηθέντες pendere, quoniam inf. futuri non sequitur verba volendi, sed dicendi aut putandi. Neque enim afferenda sunt IV 9, 2. VI 6, 1. 57, 3. VII 21, 3, ubi cf. adn. vel sd. Madv. in Adv. crit. I p. 332 ἔτι πλέον coni., quo facillime caremus.

§ 2. διὰ τὸ ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγμ. Portus: quod animi impetu (ac libidine caeca) de rebus iudicarent. Vid. ad II 21, 3 et cum sententia confer IV 108, 4. — καὶ μηδ' ὑπολείπειν ...

τ' ἔσονται περιγενέσθαι. ἡ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις πᾶσί τε τούτοις ἐθάρσει καὶ μάλιστα ὅτι οἱ ἐκ τῆς Σικελίας αὐτοῖς ξύμμαχοι πολλῇ δυνάμει, κατ' ἀνάγκην ἤδη τοῦ ναυτικοῦ προσγεγενημένου, ἅμα τῷ ἦρι ὡς εἰκὸς παρέσεσθαι ἔμελλον. 3 πανταχόθεν τε εὐέλπιδες ὄντες ἀπροφασίστως 4 ἅπτεσθαι διενοοῦντο τοῦ πολέμου, λογιζόμενοι καλῶς τελευτήσαντος αὐτοῦ κινδύνων τε τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἂν τὸ λοιπὸν οἷος καὶ ὁ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων περιέστη ἂν αὐτούς, εἰ τὸ Σικελικὸν προσέλαβον, καὶ καθελόντες ἐκείνους αὐτοὶ τῆς πάσης Ἑλλάδος ἤδη ἀσφαλῶς ἡγήσεσθαι.

Ἄγιδος στρατεία ἐς Οἰταίους καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς Φθι-

3. Εὐθὺς οὖν Ἆγις μὲν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν 1 ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ ὁρμηθεὶς στρατῷ τινι ἐκ Δεκελείας τά τε τῶν ξυμμάχων ἠργυρολόγησεν ἐς τὸ

§ 3. εἰκὸς ἦν Vat. ex interpr. Cf. adn. VI 72, 3.
§ 4. πανταχόθεν δ' Vat. G. Cf. adn. III 40, 4.
διαλογιζόμενοι Vat., quo iuncto verbo alibi non utitur Thuc. Praepositio ex διενοοῦντο per errorem repetita est. Cf. ad. I 90, 2.
εἰ om. Vat.

περιγενέσθαι, et quod ne rationem quidem iis relinquebant (i. e. quod in existimanda illorum condicione nullam restare causam putabant cur crederent) fore, ut per proximam saltem aestatem bellum sustinerent vel incolumes evaderent (cf. adn. VI 78, 2). Ad λόγον ὑπολιπεῖν Class. Isocr. IV 146. Antiph. III 4. Isae. I 33 affert.

§ 3. κατ' ἀνάγκην ... προσγεγενημένου. Portus: classis accessione iam necessario facta. „Sententia est Graecos Siciliam incolentes, quamvis nomine socii essent Lacedaemoniorum, nunquam his classem auxilio misisse aut missuros fuisse, nisi bello cum Atheniensibus gesto coacti essent classem sibi comparare.“ Arn. Post ἤδη igitur male interpungunt Haack. et Bekk. Falso Class. haec de Lacedaemoniorum classe intellegit, quae 3, 2 demum comparatur.

§ 4. ἀπηλλάχθαι ἄν, liberos fore. — τὸ Σικελικόν, i. e. τοὺς Σικελιώτας.

Cap. 3. § 1. ἠργυρολόγησεν, pecuniam exegit, similiter atque Athenienses III 19, 1, ubi cf. adn. — ἐς τὸ ναυτικόν, ad classem comparandam. — Μηλιῶς. Μηλιεύς hic sinus iam IV 100, 1 nominatus est, Μηλιακός III 96, 3. — Οἰταίων. Cf. adn. III 92. 2. — κατὰ τὴν παλαιὰν ἔχθραν. „Effectam rebus III 92 narratis.“ Bloomf. — τῆς λείας τὴν πολλὴν ἀπολαβών. In his frustra haeserunt. „Λεία, ληΐς apud Homerum, Hesiodum, alios, non solum praedam, sed etiam partem praecipuam eius, quae fuit aetate heroum, id est pecora, significat,

ναυτικόν, καὶ τραπόμενος ἐπὶ τοῦ Μηλιῶς κόλπου Οἰταίων τε κατὰ τὴν παλαιὰν ἔχθραν τῆς λείας τὴν πολλὴν ἀπολαβὼν χρήματα ἐπράξατο, καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ Θεσσαλῶν ὑπηκόους, μεμφομένων καὶ ἀκόντων τῶν Θεσσαλῶν, ὁμήρους τέ τινας ἠνάγκασε δοῦναι καὶ χρήματα, καὶ κατέθετο τοὺς ὁμήρους ἐς Κόρινθον, ἔς τε τὴν ξυμμαχίαν ἐπειρᾶτο προσ-
2 άγειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν πρόσταξιν ταῖς πόλεσιν ἑκατὸν νεῶν τῆς ναυπηγίας ἐποιοῦντο, καὶ ἑαυτοῖς μὲν καὶ Βοιωτοῖς πέντε καὶ εἴκοσιν ἑκατέροις ἔταξαν, Φωκεῦσι δὲ καὶ Λοκροῖς πεντεκαίδεκα, καὶ Κορινθίοις πεντεκαίδεκα, Ἀρκάσι δὲ καὶ Πελληνεῦσι καὶ Σικυωνίοις δέκα, Μεγαρεῦσι δὲ

ώτας. οἱ Λακεδαιμόνιοι ταῖς πόλεσι ναῦς προστάσσουσιν.

Cap. 3. § 1. *Μηλιέως* Vat. ut IV 100, 1.
μεμφομένους Vat., sibi suspectos Valla.
τῶν Θεσσαλῶν Vat., vulgo *τῶν* om.
§ 2. *καὶ Ἀρκάσι δέκα* Vat. contra computationem summae navium.

in quam sententiam hic accipiendum est. Ita et articulorum definitorum vis intellegitur, et *ἀπολαβεῖν*, ut saepe, est intercipere" Hier. Muell. Arn. Xen. Hist. Gr. I 3, 2 comparat et pecora Oetaeorum in pascuis montanis fuisse addit et Hertl. conferri iubet Bornem. ad Xen. Cyr. V 4, 28. Parum recte Class. praedam significari putat, quam Oetaei ex Heracleotis sibi infensis ceperint, de quorum inimicitiis V 51 sermo fuerit. Sed neque praeda ob Oetaeis facta V 51 commemoratur neque veri est simile praedam sex annis antea captam ita adservatam esse, ut tunc auferri potuerit. Nulla necessitate Krueg. *ὑπολαβών* coni. — *χρήματα ἐπράξατο.* „Pecuniam ab iis exegit; haud dubie, qua sua redimerent." Bloomf. Simul audi igitur *αὐτούς*. Cf. adn. 5, 5. — *τοὺς ἄλλους . . . ὑπηκόους.* Perrhaebos et Magnetes. Cf. II 101, 2. IV 78, 6. Schoem. Antiqu. iur. p. 401. — *μεμφομένων.* Plene *μεμφ. αὐτῷ τοῦτο.* — *ὁμήρους τε . . . ἠνάγκασε δοῦναι.* „Et, ut credo, amplius Echinunta occupavit et munitione firmavit. Id colligo ex Aristophane in Lys. [1169 *παράδοθ' ἡμῖν . . . τὸν Ἐχινοῦντα καὶ τὸν Μηλιᾶ κόλπον*], ubi introducit Athenienses pro Pylo repetentes Echinunta, quod fuisset absurdum, nisi Lacedaemonii illam urbem tenuissent. Palmer. in Exercit. p. 55." Huds. — *ἔς τε τὴν ξυμμαχίαν* (*τὴν Λακωνικήν*) . . . *προσάγειν*, in societatem adducere. Frustra Herw. *προάγειν* in Stud. Thuc. p. 103. Utrumque dici potest. Cf. II 98, 4 cum III 45, 6. Audi *Ἀχαιοὺς τ. Φθ. καὶ τοὺς . . . ὑπηκόους*.
§ 2. *Φωκεῦσι.* Cf. adn. II 9, 2. — *Λοκροῖς.* Vid. ibid. adn. Item de Pellenensibus.

καὶ Τροιζηνίοις καὶ Ἐπιδαυρίοις καὶ Ἑρμιονεῦσι δέκα· τά τε ἄλλα παρεσκευάζοντο ὡς εὐθὺς πρὸς τὸ ἔαρ ἑξόμενοι τοῦ πολέμου.

ἀντιπαρασκευάζονται δὲ καὶ Ἀθηναῖοι καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἐς εὐτέλειαν ξυστέλλονται.

4. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ διενοήθησαν, ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι τούτῳ τήν τε ναυπηγίαν ξύλα ξυμποριςάμενοι καὶ Σούνιον τειχίσαντες ὅπως αὐτοῖς ἀσφάλεια ταῖς σιταγωγοῖς ναυσὶν εἴη τοῦ περίπλου, καὶ τό τε ἐν τῇ Λακωνικῇ τείχισμα ἐκλιπόντες, ὃ ἐνῳκοδόμησαν παραπλέοντες ἐς Σικελίαν, καὶ τὰ ἄλλα, εἴ τί που ἐδόκει ἀχρεῖον ἀναλίσκεσθαι, ξυστελλόμενοι ἐς εὐτέλειαν, μάλιστα δὲ τὰ τῶν ξυμμάχων διασκοποῦντες ὅπως μὴ σφῶν ἀποστήσονται.

πρῶτοι μὲν οὖν Εὐβοῆς καὶ Λέσβιοι

5. Πρασσόντων δὲ ταῦτα ἀμφοτέρων καὶ ὄν- 1
των οὐδὲν ἄλλο ἢ ὥσπερ ἀρχομένων ἐν κατασκευῇ

παρεσκευάζοντο . . . πολέμου ob proximum (4, 1) παρεσκευάζοντο om. Vat. C., solum ὡς om. Cass. Aug. I. Cf. adn. II 18, 1.

Cap. 4. αὐτῷ om. omnes praeter Vat. Valla: per hanc ipsam hiemem.

εἴ πού τι omnes praeter Vat. Cf. 69, 4

τὰ ante τῶν ξ. om. Cass. Reg., quod probari potest. Vid. adn I 52, 3.

Cap. 5. § 1. παρασκευῇ Taurin. et pr. man. Y., quod fuerunt qui desiderarent. Sed κατασκευή dictum est ut κατασκευάζειν II 78, 4. 85, 1.

Cap. 4. ὥσπερ διενοήθησαν. Vid. 1, 3. — τήν τε ναυπηγίαν. Krueg. post haec verba καὶ τὰ ἄλλα excidisse putat. Sed iunge παρεσκευάζοντο τήν τε ναυπηγίαν καὶ ὅπως αὐτοῖς ἀσφάλεια εἴη (cf. 10, 1). Pariter deinde participia ἐκλιπόντες καὶ ξυστελλόμενοι ad παρεσκευάζοντο pertinent, pro quibus scribi poterat τῷ ἐκλιπεῖν καὶ τῷ ξυστέλλεσθαι, et in fine enuntiati διασκοποῦντες. — ταῖς σιταγωγοῖς ναυσὶν . . . τοῦ περίπλου. Cf. VII 28, 1 ἥ τε τῶν ἐπιτηδείων παρακομιδὴ ἐκ τῆς Εὐβοίας . . . περὶ Σούνιον κατὰ θάλασσαν πολυτελὴς ἐγίγνετο. — τὸ ἐν τῇ Λακωνικῇ τείχισμα. Vid. VII 26, 2 et 31, 1. — ξυστελλόμενοι, contrahentes. Similiter ξυντέμνεσθαι 86, 6 dicitur et construitur cum ἐς, ut h. l. ἐς εὐτέλ., in parsimoniam. Cf. adn. I, 3.

Cap. 5. § 1. ὄντων οὐδὲν ἄλλο . . . κατασκευῇ τοῦ πολέμου. Oratio parum grammatica videatur. „Intellexeris: cum essent nihil aliud nisi incipientes, i. e. similes incipientibus [ἀρχόμενοι δὲ πάντες ὀξύτερον ἀντιλαμβάνονται II 8, 1] in apparatu belli, i. e. qua apparatum belli.“ Bau. Ita οὐδὲν ἄλλο indeclinabilia putanda essent, ut interdum τὸ μηδέν. Cf. Matth. Gr. § 437 adn. 1. Sed ἀρχόμενοι ἐν . . . non recte dixeris. Nos iungentes ὄντων ἐν κατασκ. τ. πολ., ut saepe εἶναι ἐν παρασκευῇ dicitur (cf. adn. II 80, 3) et 14, 3 πάντες ἐν τειχισμῷ ἦσαν καὶ παρασκευῇ πολέμου, de οὐδὲν ἄλλο ἢ idem di-

τοῦ πολέμου, πρῶτοι Εὐβοῆς ὡς Ἆγιν περὶ ἀποστάσεως [τῶν Ἀθηναίων] ἐπρεσβεύσαντο ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ. ὁ δὲ προσδεξάμενος τοὺς λόγους αὐτῶν μεταπέμπεται ἐκ Λακεδαίμονος Ἀλκαμένη τὸν Σθενελάδου καὶ Μέλανθον ἄρχοντας ὡς ἐς τὴν Εὔβοιαν· οἱ δ' ἦλθον ἔχοντες τῶν νεοδαμώδων ὡς τριακοσίους, καὶ παρεσκεύαζεν αὐτοῖς τὴν διά-
2 βασιν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Λέσβιοι ἦλθον, βουλόμενοι καὶ αὐτοὶ ἀποστῆναι· καὶ ξυμπρασσόντων αὐτοῖς τῶν Βοιωτῶν ἀναπείθεται Ἆγις ὥστε Εὐβοίας μὲν πέρι ἐπισχεῖν, τοῖς δὲ Λεσβίοις παρεσκεύαζε τὴν ἀπόστασιν, Ἀλκαμένη τε ἁρμοστὴν διδούς, ὃς ἐς Εὔβοιαν πλεῖν ἔμελλε, καὶ δέκα μὲν Βοιωτοὶ
3 ναῦς ὑπέσχοντο, δέκα δὲ Ἆγις. καὶ ταῦτα ἄνευ τῆς Λακεδαιμονίων πόλεως ἐπράσσετο· ὁ γὰρ Ἆγις ὅσον χρόνον ἦν περὶ Δεκέλειαν ἔχων τὴν μεθ' ἑαυτοῦ δύναμιν, κύριος ἦν καὶ ἀποστέλλειν εἴ ποί τινα ἐβούλετο στρατιάν, καὶ ξυναγείρειν καὶ χρήματα πράσσειν. καὶ πολὺ μᾶλλον ὡς εἰπεῖν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν αὐτοῦ οἱ ξύμμαχοι ὑπήκουον

ὡς Ἆγιν περὶ ἀποστάσεως ἀφικνοῦνται. § α'—γ'.

τῶν Ἀθηναίων om. Valla et del. Krueg. Cf. III 13, 1.
ὡς ἐς τριακ Vat. Cf. ad 32, 2.
§ 2. ὡς pro ὃς Vat.
§ 3. μετ' αὐτοῦ Vat. Gr. Cf. adn. I 17, 1.

cendum existimamus, quod super iisdem verbis VII 75, 5 adnotavit Matth. Gr. § 635 B. — Σθενελάδου. Eiusne, de quo legimus I 85 sq.? Cum ι subscripto nomen exarandum est. Cf. E. Curtium in Diurn. archaeol. XXXIII p. 181. Meinek. Del. anthol. Gr. p. 114. Lobeck. Paralip. p. 229. — νεοδαμώδων. Cf. adn. V 34, 2.

§ 2. ξυμπρασσόντων ... Βοιωτῶν. Cognationis causa. Cf. III 2, 3. VIII 100, 3. — ὥστε ... ἐπισχεῖν ... παρεσκεύαζε. Cf. adn. V 14, 1. — Ἀλκαμένη τε. „Τέ refertur ad ea, quae de navibus sequuntur; ... sed compositio verborum immutata est. Ἀλκαμένη τε διδούς, καὶ ναῦς δέκα μὲν αὐτὸς ὑποσχόμενος, δέκα δὲ οἱ Βοιωτοί scriberetur, si sententia verbis exprimeretur claris." Arn. Ut saepe, transitus factus est a participio in verbum finitum. Cf. adn. VII 47, 2. — ἁρμοστήν. Cf. adn. IV 132, 3.

§ 3. ἄνευ τῆς ... πόλεως. Cf. adn. I 128, 3. — κύριος ἦν ... „De plena potestate Agidis, quamdiu apud Deceleam erat, vid Od. Mueller. Dor. II p. 104." Goell. Prius lege quadam potestatem eius coercitam esse vidimus V 63, 4. —

Χῖοι δὲ καὶ Ἐρυθραῖοι ἐς Λακεδαίμονα τρέπονται § δ΄. ε΄., ὅποι καὶ Φαρναβάζου πρέσβεις παραγίγνονται. κεφ. ϛ΄. § α΄.

*ἢ τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων· δύναμιν γὰρ
ἔχων εὐθὺς ἑκασταχόσε δεινὸς παρῆν.
Καὶ ὁ μὲν τοῖς Λεσβίοις ἔπρασσε. Χῖοι δὲ* 4
*καὶ Ἐρυθραῖοι, ἀποστῆναι καὶ αὐτοὶ ἑτοῖμοι ὄντες, πρὸς μὲν Ἄγιν οὐκ ἐτράποντο, ἐς δὲ τὴν Λακεδαίμονα. καὶ παρὰ Τισσαφέρνους, ὃς βασιλεῖ Δαρείῳ τῷ Ἀρταξέρξου στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω,
πρεσβευτὴς ἅμα μετ' αὐτῶν παρῆν. ἐπήγετο γὰρ* 5
καὶ ὁ Τισσαφέρνης τοὺς Πελοποννησίους καὶ ὑπισ-

εὐθὺς Vat. et Valla protinus vertens, quod ad sententiam aptissimum est (cf. adn.), *αὐτὸς* reliqui codd.

ἢ τῶν, i. e. *ἢ ὑπήκοον τῶν*. — ***εὐθύς***. Cum copias et mittere et colligere ei in promptu esset, magis quam Lacedaemonii qui in urbe erant ubique statim formidabilis adesse poterat.

ἱκανῶς καί invita collocatione ad *ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ* relata] sibi velint (ubi cognovissent, ... quo suarum ... *per otium* instructarum numero adversus eas certandum esset)." Heilm., qui expungendum esse *ἔσται* coniecit, quo deleto ad *πρὸς ὁπόσας ... σφετέραις* ex *ἀγωνίσασθαι* audiretur *ἀγωνιστέον* [vel potius *ἀγωνιοῦνται*]. Itaque Bekker et Bloomf. *ἔσται* uncis incluserunt. „Heilmanni emendatio probari posse non videtur; nam quo pacto iunxeris *ἔξεστιν ... εἰδότας ... παρασκευασαμένοις ἀγωνίσασθαι*?" Bred. „Malim *παρασκευασαμένους* (vel *παρεσκευασμένους*) *ἀγωνίσασθαι* sine *ἔσται*, nisi potius delendum *ἔξεστιν*." Dobr. Arnoldus denique incertum reliquit, utrum scriptor, *ἔξεστιν* antecessisse oblitus, *ἔσται* praeter necessitatem addidisset an *ἀγωνίσασθαι* bis cogitandum esset. Primum apparet *ἔσται* pro *ἐξέσται* vix interpreti tribui posse et non solum propter *ἐν ὑστέρῳ*, sed etiam propter *διακινδυνεύσειν*, quod eiusdem temporis est, futurum *ἔσται* servandum et *ἔξεστι* delendum esse. Deinde *παρεσκευασμένοις* ut ad *ἱκανῶς* aptum est, ita ad *καθ' ἡσυχίαν* parum convenit. Nam dici aliquis potest cum bona pace bellum paravisse, sed ad bellum cum bona pace paratus esse (*ungestört gerüstet sein*) vix commode dicitur. Tum lenissima mutatione *παρασκευασαμένους* scribendum esse putamus; nam eius quam hic statuunt varietatis exempla non novimus. De verbis denique *ὅποι τε βούλονται*, quae solus Vat. habet, consentimus quidem cum Classeno ea non posse reici (qua enim de causa ea adscripta esse iudicemus?), sed, licet revera *ὅποι βούλονται* significet quo se convertere velint, sententia potius ubi pugnare velint postulat, et rarior quem hic Class. admittit *τέ* particulae usus, de quo cf. Kuehn. Gr. max. § 519, 2, apud Th. quidem nusquam quantum scimus invenitur. Itaque *ὁπότε βούλονται* restituimus idque ad *ἀγωνίσασθαι* pertinere volumus. — *τῷ αἰσχρῷ*. Omisso *ὀνείδει*, quod del. Krueg., aptius et pressius Phrynichus loquitur. Nam se nunquam dicit rei (i. e. recedendi) turpitudinem devitantem praeter rationem periclitaturum esse; recedere enim non esse turpe ubi opportunum sit —, de cuius sententiae subtilitate addito *ὀνείδει* detrahitur. Et recte Class. monet usitatum esse Thucydidi *τὸ αἰσχρόν* (§ 3. II 42, 4. V 105, 3. III 3. VI 11, 6), *ὄνειδος* autem praeter hunc locum apud eum non inveniri.

§ 3. *μετὰ καιροῦ*. Cf. adn. VI 85, 1. — *ἀλλὰ καί*. Cf. adn.

ὁτονοῦν τρόπον αἴσχιον ξυμβήσεσθαι ἣν ἡσσηθῶσι· καὶ τὴν πόλιν οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ κἂν τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτειν· ᾗ μόλις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ, προτέρᾳ ποι ἐπιχειρεῖν, ⟨ᾗ⟩ που δὴ μὴ βιαζομένῃ

§ 3. ἡττασθῶσι Vat.
ἀλλὰ καὶ . . . περιπίπτειν codd., nisi quod παραπίπτειν Chr. Sed res futuri temporis est pariter atque ξυμβήσεσθαι. Cf. Stahl. Quaest. gramm. p. 6.
μόγις codd. longe plurimi. Cf. ad. VII 40, 3.
καθ' ἑκουσίαν om. C. F. Gr. Laur. E., qua omissione probata Dobr. deinde καὶ πάνυ γε legi vult. Sed καθ' ἑκ. temere orta esse quis crediderit! Cf. igitur adn.
ἀνάγκῃ om. Vat.
που Vat., πῃ corr. Cass., πη Cl. Ven., ποι om. M. Significatur, quo impetus dirigatur.
ποῦ δεῖ Ven. marg. Cl., ineptum propter transitum in orationem rectam, πῶς δὴ D., σπουδῇ T., σπουδη B. C. F. ποῦ δὴ reliqui. Cf. adn.

I 90, 2. — ἀλλὰ καὶ . . . ἡσσηθῶσι. Ordo verborum hic est: ἀλλὰ καὶ αἴσχιον ξυμβήσεσθαι (sed id potius turpiter eventurum), ἣν μετὰ ὁτονοῦν τρόπον ἡσσηθῶσι. Αἴσχιον utrum adverbium hic sit an adiectivum, dubitari posse apparet ex adn. V 92. Sed ad αἰσχρὸν εἶναι magis adiectivum convenit. De comparativo cf. adn. II 40, 1. Μετά insolentius positum (cum alibi in talibus τρόπον, τρόπῳ, ἐκ τρόπου dicatur) concinnitati originem videtur debere. — ᾗ μόλις . . . ἐπιχειρεῖν. Latine dixeris: cui propter clades (in Sicilia) acceptas vix licere cum firmo apparatu sua sponte aut (si tali apparatu careat) magna admodum necessitate coactae priori aliquos (propr. alicubi) aggredi. De ἐνδέχεσθαι cum dativo et infinitivo, non, ut alibi apud Thuc., cum accus. et infinit. iuncto cf. Xen. Hier. 4, 9. Pseudo-Demosth. XXVI 4; de ἢ pro εἰ δὲ μή posito adn. V 63, 3. De καθ' ἑκουσίαν verbis vid. Lob. ad Phryn. p. 4. — ⟨ᾗ⟩ που δὴ . . . ἰέναι. Vulgatum ποῦ δή si germanum esset, interrogationis signo post ἰέναι posito sic interpretandum esset: qua igitur ratione non coactae licere (ἐνδέχεσθαι enim ex superioribus repetendum) pericula sua sponte suscipere? Sed licet ποῦ interdum idem quod πῶς valeat (cf. Herod. II 11. Soph. Ai. 1100), quanquam eius rei ex ipso Th. exempla non sunt allata, tamen Atticorum scriptorum consuetudine non comprobatur infinitivus in interrogatione obliqua positus (afferuntur Polyb. IX 43, 3. Plut. Caes. 64. Aristid. I p. 278), qualem hic subaudiri necesse est. Cf. Kuehn. Gr. max. § 474 adn. 1. Itaque Lindavium secuti ᾗ addidimus, quo eadem orationis conformatio efficitur, quam habuimus I 142, 3. VI 37, 2, ubi cf. adn. Male Madv. in Adv. crit. I p. 333 οὐ δή, nec vero, cuius sic positi exempla desideramus. — μὴ βιαζομένῃ γε. Si addita velis καὶ

4 γε πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι. ὡς τάχιστα
δὲ ἐκέλευε τούς τε τραυματίας ἀναλαβόντας καὶ
τὸν πεζὸν καὶ τῶν σκευῶν ὅσα ἦλθον ἔχοντες, ἃ
δ' ἐκ τῆς πολεμίας εἰλήφασι καταλιπόντας, ὅπως
κοῦφαι ὦσιν αἱ νῆες, ἀποπλεῖν ἐς Σάμον, κἀκεῖ-
θεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς τοὺς ἐπί-
5 πλους, ἥν που καιρὸς ᾖ, ποιεῖσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε,
καὶ ἔδρασε ταῦτα· καὶ ἔδοξεν οὐκ ἐν τῷ αὐτίκα
μᾶλλον ἢ ὕστερον οὐκ ἐς τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ
6 ἐς ὅσα ἄλλα Φρύνιχος κατέστη οὐκ ἀξύνετος εἶναι.
καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς τούτῳ
τῷ τρόπῳ ἀτελεῖ τῇ νίκῃ ἀπὸ τῆς Μιλήτου ἀν-
έστησαν, καὶ οἱ Ἀργεῖοι κατὰ τάχος καὶ πρὸς ὀρ-
γὴν τῆς ξυμφορᾶς ἀπέπλευσαν ἐκ τῆς Σάμου ἐπ'
οἴκου.

§ 4. εἴη pro ᾖ omnes praeter Vat. Cf. adn. VII 48, 3.

ἄνευ βεβαίου παρασκευῆς, vide adn. II 35, 2.

§ 4. *κοῦφαι*, expeditae. Cf. VI 37, 1.

§ 5. *καὶ ἔδρασε ταῦτα*, etiam peregit haec, utpote summam rerum ipse administrans. De *καί* vide adn. II 93, 4. Verum esse nequit *ἔδρασαν*, quod U. de Wilam.-Moellendorff in Herm. XII p. 336 coniecit; nam sic *καί* inutile esset, ut recte animadvertit Class. afferens similes locos II 93, 4. IV 8, 9. VII 60, 2. VIII 1, 4. 8, 4. Herod. I 79. VII 128, quibus apparet in talibus subiectum apodosis repeti ex protasi. — *οὐκ ἐν τῷ αὐτίκα μᾶλλον ἢ ὕστερον* pro interpretatione insequentium *οὐκ ἐς τοῦτο . . . κατέστη* idem l. l. habet, deceptus procul dubio commate, quod antehac post *ὕστερον* poni solebat. Sed ne sic quidem idem bis dicitur. Nam priora verba significant, quo tempore id iudicium factum sit, posteriora, ad quas res pertinuerit. Deleto autem commate haec evadit sententia: multo magis quam hoc statim tempore postea Phrynichus non solum in hac re, sed etiam in omnibus aliis, quas suscepit, visus est haud imprudens esse. De *ἐς* cf. adn. V 75, 3, de *οὐ μᾶλλον ἢ* V 8, 3. VIII 48, 5. Hinc perspicitur frustra Krueg. *οὐδ' ἐς* pro *οὐκ ἐς* coniecisse. — *κατέστη*. Cf. 70, 1.

§ 6. *ἀφ' ἑσπέρας*. Cf. adn. VII 29, 2. — *ἀτελεῖ τῇ νίκῃ*, nondum consummata victoria, quam 25, 4 reportaverant. Cum dat. recte Krueg. confert V 13, 1 *ἥσσῃ ἀπεληλυθότων*. Itaque non opus est *ἐπ' ἀτελεῖ τῇ νίκῃ* conicere. — *πρὸς ὀργήν*. Cf. adn. III 43, 5. „Genetivi alibi ad *πρὸς ὀργήν* additi non memini." Krueg. Sed cf. Plat. Legg. 935a *ἐμπιπλὰς ὀργὴν κακῶν ἑστιαμάτων*. Irati erant de clade 25, 3 accepta, quam ulcisci non possent.

ἔπειτα οἱ Πελοποννήσιοι Ἴασον λαβόντες καὶ Ἀμόργην ζωγρήσαντες τοῦτόν τε καὶ τὸ πόλισμα Τισσαφέρνει παραδιδόασι. Πεδάριτος καὶ Φίλιππος.

28. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἅμα τῇ ἕῳ ἐκ τῆς 1 Τειχιούσσης ἄραντες ἐπικατάγονται, καὶ μείναντες ἡμέραν μίαν τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τὰς Χίας ναῦς προσλαβόντες τὰς μετὰ Χαλκιδέως τὸ πρῶτον ξυγκαταδιωχθείσας ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο, ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν. καὶ ὡς ἦλθον, 2 Τισσαφέρνης τῷ πεζῷ παρελθὼν πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι. καὶ προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι καὶ οὐ προσδεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς τὰς ναῦς εἶναι αἱροῦσι· καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Συρακόσιοι ἐπῃνέθησαν. καὶ τόν τε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες [Πισσούθνου 3 νόθον υἱόν, ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως] παραδιδόασιν οἱ Πελοποννήσιοι Τισσαφέρνει ἀπαγαγεῖν, εἰ βούλεται, βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε, καὶ τὴν Ἴασον διεπόρθησαν καὶ χρήματα πάνυ πολλὰ ἡ στρατιὰ ἔλαβε· παλαιόπλουτον γὰρ ἦν τὸ χωρίον. τούς τ'

Cap. 28. § 2. τὰς om. omnes praeter Vat. Sed significantur eae naves, quas Iasi incolae conspiciebant.

Cap. 28. § 1. ἐπικατάγονται, postea (i. e. post Atheniensium discessum) appellunt (ad Miletum). Cf. adn. III 49, 4. — τὰς μετὰ Χαλκιδέως...ξυγκαταδιωχθείσας. Viginti Chiorum naves et simul cum iis Chalcideum eiusque naves Peloponnesias, quas Chiis nautis compleverat, Strombichides et Thrasycles 17, 3 persecuti sunt. Itaque ξυγκαταδιώκειν μετά τινος hic pariter dictum est atque ξυγκινδυνεύειν μετά τινος 24, 5, ubi cf. ad. — τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο, impedimenta, quae exposuerant. Ἐξαιρεῖσθαι est vox sollemnis de hac re. Cf. VIII 90, 5. Herodot. IV 196. Xen. Anab. V 1, 16. „Τὰ σκεύη sunt impedimenta vel utensilia, quae, ne naves nimis gravarentur, ante proelium deponebantur. Vid. 27, 4.“ Haack. „Velut mali, vela, armamenta. Cf. Xen. Hist. Gr. I 1, 13. VI 2, 27.‘ Arn. Recentioribus temporibus demi modo armamenta ante pugnas navales solebant. Vid. Drak. ad Liv. XXI 49, 11. — ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν cum πλεῦσαι iunge.

§ 2. Ἴασον. De hac urbe inter Miletum et Halicarnassum in recessu sinus Iasici sita cf. Polyb. XVI 12, 1. Forbig. Geogr. ant. II p. 212. — Ἀμόργης. Cf. 5, 5. — κατεῖχε. Port.: se continebat. Vid. adn. IV 32, 2 et VIII 100, 2. — ἀλλ' ἤ. Cf. adn. III 71, 1.

§ 3. Seclusa recte del. Herw. Nam licet Th. hic ea repetere voluerit, quae iam 5, 5 indicaverat, tamen § 2 haec addenda erant, ubi primum in hac parte Amorges commemoratur. — παλαιόπλουτον . . . χωρίον.

ἐπικούρους τους περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες καὶ οὐκ ἀδικήσαντες ξυνέταξαν, ὅτι ἦσαν οἱ πλεῖστοι ἐκ Πελοποννήσου· τό τε πόλισμα Τισσαφέρνει παραδόντες καὶ τὰ ἀνδράποδα πάντα, καὶ δοῦλα καὶ ἐλεύθερα, ὧν καθ' ἕκαστον στατῆρα δαρεικὸν παρ' αὐτοῦ ξυνέβησαν λαβεῖν, ἔπειτα ἀνεχώρησαν ἐς τὴν Μίλητον. καὶ Πεδάριτόν τε τὸν Λέοντος ἐς τὴν Χίον ἄρχοντα Λακεδαιμονίων πεμψάντων ἀποστέλλουσι πεζῇ μέχρι Ἐρυθρῶν ἔχοντα τὸ παρὰ Ἀμόργου ἐπικουρικόν, καὶ ἐς τὴν Μίλητον αὐτοὶ Φίλιππον καθιστᾶσι. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

1 29. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεστήσατο ὁ Τισσαφέρνης [ἐς] φυλακήν, πόσην τροφὴν Τισσαφέρνης τοῖς Πελοπον-

§ 4. Ἀμόργην τὸν Πισσούθνου Vat. ex superioribus.
§ 5. αὐτοῦ codd. Cf. adn.

Oppidum veteri fortuna opulentum Livii verbis appelles. Cf. Poll. I 23.

§ 4. ξυνέταξαν. Simul audi σφίσιν αὐτοῖς ex superioribus. — τὰ ἀνδράποδα, τοὺς ἀνδραποδισθέντας. — καὶ δοῦλα καὶ ἐλεύθερα. De articulo non iterato cf. adn. VI 46, 3. — ὧν genetivus pretii est rei venali adhibitus. Cf. Krueg. Gr. § 47, 17 adn. 4. — στατῆρα δαρεικόν. „Εἰσὶ μὲν χρυσοῖ στατῆρες οἱ δαρεικοί· λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν δαρεικὸν ἀργυρᾶς δραχμὰς [Ἀττικὰς] εἴκοσι. Harpocrat. in Δαρεικός. Idem apparet ex Xen. Anab. I 7, 18." Arn. Cf. Boeckh. Quaest. metrol. p. 130. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 57. Hultsch. Metrol. p. 278. — καθ' ἕκαστον, i. e. ἑκάστων. Vid. adn. II 64, 3. — ἔπειτα. Cf. Krueg. Gr. § 56, 10 adn. 3.

§ 5. τὸ παρὰ Ἀμόργου ἐπικουρικόν. Περὶ Ἀμόργην, ut § 4, maluit Ae. Port. At cf. adn. II 41, 1. V 42, 1. Ἐπικουρικόν ut VIII 25, 1. — αὐτοί, ipsi Mileto praefecerunt Philippum, non missum a Lacedaemoniis. Itaque αὐτοί oppositum est verbis Λακεδαιμονίων πεμψάντων. Idem fecit Brasidas IV 132, 3. Quod in codd. est αὐτοῦ ita defendit Arn., ut ex adverso positum esse dicat superiori ἀποστέλλουσι; Philippum illic remanere iubentes eos praefecisse Mileto. Sed de suo addit remanere iubentes, quod apud Th. non legitur. Qui vero ἐς Μίλητον αὐτοῦ iungens id defendit L. Herbst. adv. Cob. p. 25 exempla αὐτοῦ pro αὐτόσε positi afferre debebat. Nec quicquam valet quod Class. dicit αὐτόσε non opus esse, quia duces Lacedaemoniorum, qui Philippum Mileto praefecerint, in ipsa Mileto fuerint; nam nihilominus ipsum ἐς τὴν Μίλητον illud postulat; aut enim ἐς τὴν Μίλητον αὐτόσε aut ἐν τῇ Μιλήτῳ αὐτοῦ scribendum erat, de quo dicendi genere cf. adn. V 83, 1. Temere αὐτοῦ del. Herw. Stud. Thuc. p. 104, quod cur quis addiderit non liquet.

Cap. 29. § 1. κατεστήσατο . . . [ἐς] φυλακήν. Praep. ἐς recte del. Herw. l. l.

νησίοις ἢ διέδωκεν ἢ πρὸς Ἑρμοκράτη διενεχθεὶς ὡμολόγησε.

παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφήν, ὥσπερ ὑπέστη ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου ἐβούλετο τριώβολον διδόναι, ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται· ἢν δὲ κελεύῃ, δώσειν ἔφη ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος τοῦ Συρακοσίου στρατηγοῦ (ὁ γὰρ Θηριμένης οὐ 2
ναύαρχος ὤν, ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ), ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς

Cap. **29.** § 1. *ἔφη δώσειν* omnes praeter Vat.

Cf. enim 62, 3 *Σηστὸν καθίστατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου* et III 92, 1 *Ἡράκλειαν ἀποικίαν καθίσταντο.* Contra *καθίστασθαι ἔς τι* usu non comprobatur. Nam *καθιστάναι ἔς τι* neque idem est et, nisi locus indicatur (III 34, 3), semper de statu vel condicione dicitur, in quam quid adducitur (I 82, 4. II 81, 8. 100, 6. III 65, 2. 93, 3. 108, 1. IV 74, 3. 75, 1. 76, 5. V 29, 3. 99. VI 36, 2. VII 43. 7. 75, 4. VIII 81, 2. 105, 3). Similem *ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι* vim 1, 3 habet et magis etiam ab hoc loco alienam *ἐς φυλακὴν ποιεῖσθαι,* in custodiam dare, III 3, 4. Frustra igitur talia exempla affert Class. Neque magis *ἐς* de effectu dictum esse potest, ut III 64, 4. V 111, 5. VII 36, 2. 87, 1. VIII 1, 3. 86, 6. Ita enim ipsum actionis eventum designat, non quid ex ea re factum sit, ad quam actio pertinet. Quod autem Class. dicit aliud hoc loco significari atque 62, 3, cum hic Iasus non aliorum propugnaculum fiat, sed ipsa a futura defectione praesidio defendatur, hoc unde compertum habeat nisi ex ipsa quam sic tueri vult interpretatione, ignoramus. Ceterum alibi de loco, qui ipse praesidio defenditur, Th. *φυλακὴν καθίστασθαί τινος* dicit (II 94, 2. IV 41, 2. V 3, 6). — *ὥσπερ ὑπέστη.* De verbis cf. adn. IV 39, 3, de re VIII 5, 5. — *ἐς δραχμήν.* Quaeritur, utrum *ἐς* distributivae significationis causa appositum sit (singulas drachmas) an, quoniam hoc *ἑκάστῳ* voce satis declaratum est, sententia haec sit: ita ut *adeo drachmam* quisque cotidie acciperet (*bis zum Belaufe einer Drachme*). Alterum ideo placet, quia distributive *ἐς* alibi ante sola numeralia ponitur. Ceterum cf. Matth. Gr. § 578 g. De notione cotidie hic et apud *τριώβολον* non claris verbis expressa vid. adn. IV 16, 1 et VII 87, 2. — *τριώβολον διδόναι.* Alcibiade auctore. Vid. 45, 2.

§ 2. *ὁ γὰρ Θηριμένης . . . ξυμπλέων.* Cf. adn. 26, 1. — *μαλακός,* remissior. Cf. II 18, 3. „*Μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ· ἤγουν οὐκ ἐντόνως οὐδὲ σφοδρῶς ἀπῄτει.*" Schol. — *ὅμως δέ.* Particula *δέ* ad praegressam parenthesim refertur. Cf. adn. VI 21, 2. VII 33, 2 et quos citat Krueg. ad Dion. p. 354. „*Ὅμως*, i. e. quanquam triobolum tantum dare prius constituerat. Hanc patet esse vim huius particulae." Bloomf. Cf. Herbst. de redit. Alcib. p. 8. — *παρὰ πέντε ναῦς . . . ὡμολογήθησαν.*

ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τριάκοντα τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτον ἐδίδοτο.

§ 2. *τρία* pro *τριάκοντα* omnes praeter Vat., qui om. Cf. adn.

Ad pluralem *ὡμολογήθησαν* illustrandum Bauer non male confert III 67, 7 *ἢν οἱ ἡγεμόνες ὥσπερ νῦν ὑμεῖς . . . τὰς γνώμας ποιήσησθε*, ubi verbum pariter rei comparatae accommodatum est. Cf. adn. I 82, 1. — *ἐς γὰρ . . . τοῦ μηνός*. Ut in codd. haec tradita sunt, viginti fere milites et nautae in singulis navibus fuissent, si plus tres obolos singuli singulis diebus accepissent. Revera autem fuerunt ducenti. Cf. adn. VI 8, 1. Ut igitur ratio constaret, *καὶ πεντήκοντα* del. Palmerius. Nam „quod dicit *παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν* neque insolenter neque obscure, quin recte et apte dictum est. Hoc enim vult, in quinas quasque naves concessam esse summam, ex qua quis paulo plus quam triobolum accipiat. Tum addit, quantum concessum sit quinis navibus, tria talenta, i. e. trioboli 36,000, in singulas naves 7200, i. e. singulis diebus 240. Quod si ducenti milites et nautae in singulas naves computantur, apertum est nec tres quemque obolos nec quattuor, sed tres et paulo supra dimidiatum [$3^3/_5$] accipere. Quoniam autem ita dividi non possunt oboli [etsi id statui non necesse esse respondet Westerm., cum, utrum stipendia singulis diebus an mensibus an quibus aliis temporibus persoluta sint, ignoremus], *παρὰ πέντε ναῦς* dicit, in quintam quamque navem, ut *παρὰ πέντε ἡμέρας*, quinto quoque die. [Etenim *παρά* non solam distributionem indicat, ut *κατά* et *εἰς*, sed successionem per vices. Cf. Matth. Gr. § 588 c, *ε'*.] Indicat ergo quintam quamque navem per vices paulo plus accepisse, i. e. ex computatione illa 200 triobolos sive obolos 600." Herm. Itaque per vices in quinta quaque nave acceperunt obolos $3 + {}^{15}/_5 = 6$ obol. $= 1$ drachm. „Sed habet hoc aliquam iniquitatem, si in singulis triobolis numerandis semper id, quod supererat, in unam quintam navem collatum esse statuamus. Quid enim, si forte bellum non quinto aliquo mense finiretur? Ita enim fiebat necessario, ut, cum vices non per omnes naves permeassent, e quinque quibusque tot naves fraudarentur aliqua stipendii parte, quot menses adhuc de quinque mensibus deerant. Quam ob causam ego potius statuo terna talenta aequabiliter in quinque quasque naves distributa esse, quo fiebat, ut, si ducenti in singulis homines erant, viritim triobolum $1^1/_5$ sive obolos $3^3/_5$ acciperent. Quae quidem summa si nimis minuta videbitur, cogitandum est parum verisimile esse, ut in omnibus navibus plenus fuerit ducentorum hominum numerus." Haas. Luc. Thuc. p. 34. Eandem rationem sequitur Boeckh. Oec. civ. I p. 383. Sed huic explanationi *παρά* praepositionis usus paulo ante explicatus videtur repugnare. Quare *παρὰ πέντε ναῦς* praeterea del. Krueg. Sed multo leniore mutatione rem expedivit Madv. in Adv. crit. I p. 333 *τριάκοντα* pro *τρία* scribens et sic rem explicans: „tri-

οἱ ἐν Σάμῳ Ἀθηναῖοι οἴκοθεν βοήθειαν δεξάμενοι τὸ μὲν τοῦ ναυτικοῦ ἐπὶ Χίον πέμπουσι, τὸ δ' ἐν Σάμῳ μένει.

30. *Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ* 1
Ἀθηναίοις προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν
ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριάκοντα καὶ στρατηγοὶ
Χαρμῖνος καὶ Στρομβιχίδης καὶ Εὐκτήμων, καὶ
τὰς ἀπὸ Χίου καὶ τὰς ἄλλας πάσας ξυναγαγόντες
ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ
ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτι-
κὸν καὶ πεζὸν πέμψαι. καὶ ἐποίησαν οὕτως· Στρομ- 2
βιχίδης μὲν γὰρ καὶ Ὀνομακλῆς καὶ Εὐκτήμων
τριάκοντα ναῦς ἔχοντες καὶ τῶν ἐς Μίλητον ἐλ-

Cap. **30.** § 1. *οἱ . . . Ἀθηναῖοι* Vat. Cl. Ven. ex corr. Cf. adn.

προαφιγμέναι It. Vat. C. E., quod non est aptum.

πάσας καὶ τὰς ἄλλας omnes praeter Vat.; sed *πάσας* melius ceteris navibus quam ex Chio revocatis videtur convenire. Cf. adn.

ginta talenta stipendium menstruum erat sexaginta navium, si terni oboli in diem darentur; cum igitur hoc in quinquaginta quinque naves daretur, nautae *παρὰ πέντε ναῦς* plus accipiebant, i. e. tanto plus quantum adiciebat quinque navium stipendium in reliquas quinquaginta quinque distributum.“ Cf. Krueg. Gr. § 68, 36 adn. 5. Ad quinquaginta quinque autem naves 26, 1 memoratas aliae 28, 1 accesserant, de quibus in proximo enuntiato sermo est.

Cap. **30.** § 1. *τοῖς . . . Ἀθηναίοις.* Simillima orationis conformatio est I 72, 1 et I 115, 4, ubi vid. adn. Cf. Krueg. ad Dion. p. 314. Fritzsch. ad Luci. p. 62. De re cf. 27, 4. 6. — *Στρομβιχίδης.* Hunc, qui iam antea in Ioniam venerat (vid. 16, 1), Athenas missum esse, ut auxilia peteret, suspicatur Haack. „Nunc enim denuo praetor factus revertitur. Eidemque, cum popularis esset (Lys. XIII 13. XXX 40), in tertium quoque annum prorogatum est imperium.“ Krueg. ad Dion. p. 315. Duos duces eiusdem nominis tunc fuisse coniecit Herbst. de redit. Alcib. p. 53. — *καὶ τάς. Καί* non respondet alteri *καί* ante *τάς ἄλλας* posito, sed simplex est copula, ut I 72, 1. — *τὰς ἀπὸ Χίου.* Naves ex Chio revocatae et ceterae videntur eae esse, de quibus dictum est 24, 2. — *καὶ τὰς ἄλλας πάσας ξυναγαγόντες.* Suaserat enim Phrynichus 27, 4 *ἀποπλεῖν ἐς Σάμον κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς τοὺς ἐπίπλους ποιεῖσθαι.* — *διακληρωσάμενοι.* „Sorte enim imperatores . . . munera belli inter se partiri solebant. Vid. VI 42, 1. 62, 1.“ Krueg.

§ 2. *τριάκοντα ναῦς . . . τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσίν.* Harum summa cum sit CIV, in Asiam autem adhuc profectae sint XX (15, 1) + XXV vel XXVI (23, 1, ubi cf. adn.) + XLVIII (25, 1) + XXXV (30, 1) = CXXVIII vel CXXIX Atheniensium naves, *ὁπλιταγωγοί*, quae inter XLVIII (25, 1) fuerunt, et Argivorum domum reversorum naves (27, 6) XXIV vel XXV fuerunt. Ita recte Arn. Male Herbst. de red.

θόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἄγοντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον, οἱ δ' ἄλλοι ἐν Σάμῳ μένοντες τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσὶν ἐθαλασσοκράτουν καὶ ἐπίπλους τῇ Μιλήτῳ ἐποιοῦντο.

Ἀστύοχος Πτελεῷ καὶ Κλαζομεναῖς μάτην ἐπιχειρεῖ. αἱ δὲ ταῖς Κλαζομεναῖς ἐπικείμεναι νῆσοι διαρπάζονται.

1 31. *Ὁ δ' Ἀστύοχος ὡς τότε ἐν τῇ Χίῳ ἔτυχε*
διὰ τὴν προδοσίαν τοὺς ὁμήρους καταλεγόμενος,
τούτου μὲν ἐπέσχεν, ἐπειδὴ ᾔσθετο τάς τε μετὰ
Θηριμένους ναῦς ἠκούσας καὶ τὰ περὶ τὴν ξυμμα-
χίαν βελτίω ὄντα, λαβὼν δὲ ναῦς τάς τε Πελοπον-
2 *νησίων δέκα καὶ Χίας δέκα ἀνάγεται. καὶ προσβα-*
λὼν Πτελεῷ καὶ οὐχ ἑλὼν παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζο-
μενάς, καὶ ἐκέλευεν αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων
φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα καὶ

§ 2. *ἀγαγόντες* omnes praeter Vat., qui *ἀπολιπόντες* habet; *ἄγοντες* recte conicit Krueg. ad Dion. p. 314, nisi forte totum participium a Valla non expressum ab interpretibus additum et *ἔχοντες* ex superioribus audiendum est.
λαβόντες prave Vat. Mosqu. F.
ἐπίπλουν codd. Cf. adn.

Alc. p. 54 de navibus antea ad Hellespontum missis cogitat, quarum apud Th. nulla facta est mentio. — *τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων.* Vid. c. 25. — *οἱ δ' ἄλλοι.* „Charminus, Phrynichus, Scironides; nam Thrasycles (cf. 17, 3. 19, 2) videtur iam Athenas regressus esse, item Leon et Diomedon, qui infra 54, 3 narrantur ad classem missi.“ Haack. — *ἐπίπλους* Krueger ad Dion. p. 279 probabiliter conicit, comparans 38, 5 et 44, 3. Idem Did. ac Bekk., commendant cl. 27, 4 et 100, 2. Opponit quidem Bloomf. 79, 6 *ἐπίπλουν ποιοῦνται τῇ Μιλήτῳ*, at ibi de re semel facta dicitur, hic de incursionibus repetitis identidem. Addit idem *ἐπίπλουν* legi etiam Arri. E. A. II 1 et Polyb. I 29, 4, sed ibi quoque singulos *ἐπίπλους* significari ex ipsis verbis *ἐπίπλουν ποιήσασθαι* et *τὸν ἐπίπλουν ποιεῖσθαι* apparet.

Cap. **31.** § 1. *ὡς τότε* cet. Vid. 24, 6. Pro *ὡς* ne *ὅς* legendum esse suspicere, vide Krueg. ad Dion. p. 332. — *διὰ τὴν προδοσίαν*, *ἣ ἔμελλε γενήσεσθαι.* — *καταλεγόμενος*, sibi deligens. — *τούτου μὲν ἐπέσχεν*, hoc quidem intermisit. Cf. adn. II 76, 2. — *τάς τε μετὰ . . . ἠκούσας.* Vid. 26, 1. — *τάς τε Πελοπ. δέκα.* „Quattuor, quas secum Erythris adduxerat 24, 6, et sex alias, quae Cenchreis profectae Chium venerant 23, 5.“ Arn.
§ 2. *τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας.* Vid. adn. III 68, 3. — *ἀνοικίζεσθαι.* Vid. adn. I 7 extr. — *ἐς τὸν Δαφνοῦντα.* „Daphnuntem probabile est, ut Cramer putat, fuisse locum eum, quem Strabo p. 645 templum Apollinis dicit. Etiamsi enim non ita procul a mari sit, tamen, cum fuerit in continente, . . . *ἀνοικίζεσθαι* significans in

προσχωρεῖν σφίσι· ξυνεκέλευε δὲ καὶ Ταμώς, Ἰωνίας ὕπαρχος ὤν. ὡς δ' οὐκ ἐσήκουον, προσβο- 3
λὴν ποιησάμενος τῇ πόλει οὔσῃ ἀτειχίστῳ καὶ οὐ δυνάμενος ἑλεῖν ἀπέπλευσεν ἀνέμῳ μεγάλῳ, αὐτὸς μὲν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, αἱ δὲ ἄλλαι νῆες κατῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους, Μαραθοῦσσαν καὶ Πήλην καὶ Δρυμοῦσσαν. καὶ 4
ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν Κλαζομενίων, ἡμέρας ἐμμείναντες διὰ τοὺς ἀνέμους ὀκτὼ τὰ μὲν διήρπασαν καὶ ἀνήλωσαν, τὰ δὲ ἐσβαλόμενοι ἀπέπλευσαν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην ὡς Ἀστύοχον.

Λέσβιοι μὲν Ἀστυόχῳ πάλιν πράσσουσι

32. Ὄντος δ' αὐτοῦ ἐνταῦθα Λεσβίων ἀφ- 1
ικνοῦνται πρέσβεις βουλόμενοι αὖθις ἀποστῆναι·

Cap. 31. § 3. ἐσβολὴν codd. Cf. adn.
§ 4. ἀνάλωσαν codd. Cf. sd. VI 31, 5.
Cap. 32. § 1. πρέσβεις ἀφικνοῦνται omnes praeter Vat. αὖθις omn. iidem. Cf. adn.

interiora recedere [in loca mediterranea migrare] bene ponatur ad domicilii mutationem Clazomeniorum designandam." Arn. — προσχωρεῖν σφίσι. ad suas partes transire. Quod ut apte dictum esse de solis τοῖς τὰ Ἀθην. φρονοῦσιν intellegas, perpende hos contrarios esse τοῖς αἰτίοις τῆς ἀποστάσεως, quos iam 23, 6 Daphnuntem se recepisse legimus. — Ταμώς. E Xenophontis quoque Anabasi I 2, 21 notus. — ὕπαρχος. Cf. adn. 16, 3.

§ 3. προσβολήν nunc auctore Cob. Nov. lect. p. 347 pro ἐσβολήν restituimus, quod neque impetum apud Th. significat neque cum dat. iungi potest. Cf. adn. IV 25, 8 et VIII 35, 3. — οὔσῃ ἀτειχίστῳ. Cf. III 33, 2 et ibi adn. — ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην. Ergo hae quoque urbes ad Lacedaemonios defecerant. Cf. Krueg. ad Dion. p. 342. — Μαραθοῦσσαν. Esse insulam Clazomenis vicinam Thucydides ipse dicit. Graviter igitur in hoc nomine erravit Forbig. Geogr. ant. I p. 99. Et hanc insulam et proximas nominat etiam Plin. H. N. V. 38, 137. — Δρυμοῦσσαν. „Δρυμοῦσαν καὶ Πήλην Aristid. t. I. p. 516." Wass. „Polybio Excerpt. Legat. XXXVI. [immo XXII 27, 5] in ed. Plant. Δρυμοῦσα, in Gronov. Δρυμοῦσσα, [in Schweigh. Δρύμουσσα.]" Duk. De accentibus eiusmodi nominum et de σ duplicando cf. sd. 24, 2.

§ 4. ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν Κλαζομενίων, quicquid Clazomeniorum eo amandatum et ibi in tuto collocatum erat. Similiter legitur I 137, 3 et apud Herodot. VIII 60 atque ὑπεκτίθεσθαι I 89, 3. — ἐσβαλόμενοι, in suas naves imponentes, ut vertit Port.

Cap. 32. § 1. βουλόμενοι. Legati civitatum suarum personas sustinent. Cf. adn. V 44, 3. — αὖθις. Nam iam paulo ante desciverant Methymna et Mytilene (22, 2) atque Eresus (23,

καὶ αὐτὸν μὲν πείθουσιν, ὡς δ' οἵ τε Κορίνθιοι καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀπρόθυμοι ἦσαν διὰ τὸ πρότερον σφάλμα, ἄρας ἔπλει ἐπὶ τῆς Χίου. καὶ χειμασθεισῶν τῶν νεῶν ὕστερον ἀφικνοῦνται ἄλλαι
2 ἄλλοθεν ἐς τὴν Χίον. καὶ μετὰ τοῦτο Πεδάριτος, τότε παριὼν πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου, γενόμενος ἐν Ἐρυθραῖς διαπεραιοῦται αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ ἐς Χίον· ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέως [ὡς] ἐς πεντακο-
3 σίους ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες. ἐπαγγελλομένων δέ τινων Λεσβίων τὴν ἀπόστασιν, προσφέρει τῷ τε Πεδαρίτῳ καὶ τοῖς Χίοις ὁ Ἀστύοχος τὸν λόγον ὡς χρὴ παραγενομένους ταῖς ναυσὶν ἀποστῆσαι τὴν Λέσβον· ἢ γὰρ ξυμμάχους πλείους σφᾶς ἕξειν ἢ τοὺς Ἀθηναίους, ἤν τι σφάλλωνται, κακώσειν. οἱ δ' οὐκ ἐσήκουον, οὐδὲ τὰς ναῦς ὁ Πεδάριτος ἔφη τῶν Χίων αὐτῷ προήσειν.

περὶ ἀποστάσεως, Χῖοι δὲ καὶ Πεδάριτος ἀντιλέγουσι.

1 33. Κἀκεῖνος λαβὼν τάς τε τῶν Κορινθίων διὰ τοῦτο

χειμασθεισῶν καὶ πλανηθεισῶν Vat., ex interpr. simili atque schol. ἤγουν διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος.
ἄλλοι pro ἄλλαι Vat.
§ 2. ὡς om. Vat., ἐς om. T. I. Particularum ὡς ἐς hoc modo abundanter positarum exempla desunt. Non eadem sunt, de quibus dictum est in adn. IV 8, 2 et plane diversum ὡς ἐς 5, 1.
§ 3. ὁ ante Ἀστύοχος et proximum τὸν om. omnes praeter Vat.
Cap. 33. § 1. τῶν om. Vat.

4), sed ab Atheniensibus statim subactae erant.

§ 2. Πεδάριτος. Hunc memorant Harp. s. v. Isocr. VI 53. Plut. Lyc. 25. Mor. p. 231b. 241d. 491f. — τότε παριών. Vid. 28, 5. — ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ, scil. ἐν τῇ Χίῳ. Vid. 17, 1. — ἐς πεντακοσίους. De numerali disputat Arn., cui numerus inde explicandus videtur, quod complures variis cladibus Chiorum (c. 24) absumpti sint. At navium πλήρωμα, quod ducenorum hominum erat, et nautas et milites classiarios complectitur (cf. adn. 29, 2), sed hic soli numerantur nautae 17, 1 armati.

§ 3. τὸν λόγον. Articulus, quod qualis hic λόγος fuerit proximis explicatur. Cf. τὸ ἀγώνισμα 17, 2, — σφᾶς. „Immo σφεῖς." Bekk. At cf. 21, 3. Paulo post ἤν τι καὶ σφάλλωνται maluit Dobr. Sed Arn. confert I 33, 3. VI 18, 4. — προήσειν. Usitatius hac vi esse medium adnotat Krueg. afferens Herod. I 24. III 137.

Cap. 33. § 1. λαβὼν . . . ἔχων. Qualis in codd. traditur graviter hic locus corruptus est. Ac primum quidem naves, quibus-

ἐκεῖνος τοῖς Χίοις ἀγανακτῶν, προσβαλὼν Κωρύκῳ καὶ Ἐρυθραῖς, ἐς Μίλητον κομίζεται.

[πέντε] καὶ μίαν Ἑρμιονίδα καὶ ἕκτην Μεγαρίδα καὶ ἃς αὐτὸς [Λακωνικὰς] ἔχων ἦλθεν ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν, πολλὰ ἀπειλήσας τοῖς Χίοις ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν, ἤν τι δέωνται. καὶ προσβαλὼν Κωρύκῳ τῆς Ἐρυθραίας 2
ἐνηυλίσατο. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Σάμου Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν Χίον πλέοντες τῇ στρατιᾷ καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, λόφου διείργοντος, [καὶ] καθωρμίσαντο,

πέντε om. D. I., πέντε ναῦς C. Deinde καὶ ἕκτην Μεγαρίδα καὶ μίαν Ἑρμιονίδα omnes. Cf. adn.
ἦλθεν ἔχων omnes praeter Vat. Cf. adn. I 9, 2.
ναυμαχίαν Vat. Cf. adn. et sd. 20, 1.
§ 2. διείργοντο codd. Cf. adn.

cum Astyochus venerat, non Laconicae fuerunt, sed ex sociorum navibus Cenchream congregatis, ut clarissime cognoscitur ex 20, 1. 23, 1 collatis cum 6, 5. 7. Nam Agidis quoque decem naves cum reliquis Cenchreae coniunctae (c. 7) non Laconicae erant, sed sociorum opibus comparatae (3, 1, quocum cf. 5, 2. 3). Atque ipsorum Lacedaemoniorum naves adhuc Th. non commemoravit nisi quinque a Chalcideo comparatas cum eoque profectas (6, 5. 8, 2. 11, 3. 12, 3) et, licet 26, 1 καὶ αὐτῶν Λακεδαιμονίων πέντε exciderit (cf. ibi adn.), tamen ne hae quidem naves cum Astyocho fuerunt. Itaque apparet Λακωνικάς interpreti tribuendum esse. Fuerunt autem naves, quibus Astyochus in Asiam profectus est, quattuor (23, 1. 24, 6), quibus cum postea sex Peloponnesiorum a Cenchreis missae accessissent (23, 5), decem Peloponnesiorum naves exstiterunt, quibus Astyochus 31, 2 Chio profectus esse dicitur. Si autem cum quattuor navibus Astyochus primum advenit, una plures hic memorantur, quam revera ille habuit. Accedunt enim quinque Corinthiae, una Megarica itemque Hermionica una. Arn. quidem suspicatus est Hermionensium navem separatim advenisse neque id a scriptore memoratum esse, sed hoc post 31, 2, ubi decem tantum Astyochi naves commemorantur, factum esse credi prorsus nequit. Iam vero πέντε, quod in duobus codd. omittitur, propter praegressum articulum suspectum est. Nam Corinthias quidem naves adfuisse ex 32, 1 cognoscitur, sed quinque Corinthiorum naves antea non sunt commemoratae. Accedit quod ita demum, si πέντε afuit, perspicitur, cur Th. ἕκτην M., non μίαν M. scripserit; nam sic Corinthiorum navium numerum tacite significavit. Si autem πέντε Th. verbis eximendum est, vera navium summa ita facile efficitur, si καὶ ἕκτην M. et καὶ μίαν Ἑρ., id quod facillime fieri poterat, sedes inter se mutavisse statuimus eoque facto πέντε a librario interpretandi causa additum esse. — πρὸς τὴν ναυαρχίαν. Ut adiret s. capesseret imperium classis sibi mandatum (26, 1) recte interpretatur Bau.

§ 2. προσβαλών, cum appulisset. Cf. adn. VI 4, 5. De Coryco vid. adn. 14, 1. — καὶ αὐτοὶ . . . διείργοντος, [καὶ] καθωρμίσαντο. Ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα valere ex

3 καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους. ἐλθούσης δὲ παρὰ Πεδαρίτου ὑπὸ νύκτα ἐπιστολῆς ὡς Ἐρυθραίων ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἐκ Σάμου ἐπὶ προδοσίᾳ ἐς Ἐρυθρὰς ἥκουσιν ἀφειμένοι, ἀνάγεται ὁ Ἀστύοχος εὐθὺς ἐς τὰς Ἐρυθρὰς πάλιν, καὶ παρὰ τοσοῦτον
4 ἐγένετο αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Πεδάριτος πρὸς αὐτὸν καὶ ἀναζητήσαντες τὰ περὶ τῶν δοκούντων προδιδόναι, ὡς ηὗρον ἅπαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου προφασισθέν, ἀπολύσαντες τῆς αἰτίας

§ 3. ὑπὸ νύκτα ex Vat. addidit Bekk., nec videntur ea temere potuisse oriri; leguntur certe non raro apud Thuc.

§ 4. πρὸς αὐτὸν Vat., παρ' αὐτὸν vel παρ' αὐτῶν reliqui. παρὰ pro τὰ περὶ Vat.
εὗρον codd. Cf. ad. IV 54, 1.

altera parte ex VII 37, 2 constat. Διείργοντο καὶ καθωρμίσαντο pro καθωρμίσαντο καὶ διείργοντο dictum voluit Ae. Portus, cuius explicationem amplexus Goeller, praeterquam quod fictam illius hypallagen traiectionem verborum appellat, comparat III 68, 1 αὖθις τὸ αὐτὸ ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ ἐρωτῶντες, ubi cf. adn. Sed Athenienses non apte dicentur et ipsi ex altera parte collis (cuiusdam) appulsi esse, cum idem de Peloponnesiis ante non scriptum sit; sed et ipsi, sicut Peloponnesii, Corycum naves appulerant. Cf. 34, 1. Vim enuntiati debere hanc esse: καθωρμίσαντο (οἱ Ἀθηναῖοι) καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ αὐτῷ Κωρύκῳ ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα ὑπὸ παρεμπίπτοντος διειργόμενοι λόφου satis scite perspexit Dukas. Nam ita demum et, quid sibi velint illa καὶ αὐτοί, satis comprehendimus, nec aut λόφου de promunturio Coryco dictum esse, quod vel per articulum omissum fieri non potest, putare cogimur aut huius mentionem desideramus. Ut autem haec significatio oriatur, probanda est egregia coniectura Kruegeri λόφου διείργοντος καθωρμίσαντο, quae commendatur Vallae translatione: ad alterum tumuli latus, quo detinebantur, stationem habuerunt. Tum λόφου διείργοντος idem est atque ἐν ᾧ λόφος αὐτοὺς διεῖργεν. Cum enim, ut Strab. p. 644 tradit, sub Coryco plures essent portus, ii, in quos Astyochus et Athenienses invecti erant, colle videntur disiuncti fuisse, in quem ipse Corycus subsidens procurreret. — ἐλελήθεσαν, scil. utrique.

§ 3. ἀφειμένοι] ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. Schol. — παρὰ τοσοῦτον . . . Ἀθηναίοις. Cf. adn. III 49, 4. IV 106, 4.

§ 4. καὶ ἀναζητήσαντες, scil. Pedaritus et Astyochus. — ἅπαν ἐπὶ . . . προφασισθέν, rem totam, ut illi (captivi) ex Samo salvi evaderent, esse simulatam. Προφασισθέν passive dictum est, ut ἐκτήθη I 123, 1, ubi vid. adn., et similia. De participio cf. Matth. Gr. § 549, 4. Σωτηρίας nomen cum praepositione verbi coniunctum est, ut

ἀπέπλευσαν, ὁ μὲν ἐς τὴν Χίον, ὁ δὲ ἐς τὴν Μίλητον ἐκομίσθη, ὥσπερ διενοεῖτο.

πλοῦς τῶν ἀπὸ Σάμου Ἀθηναίων, οἳ περὶ Χίον χειμάζονται.

34. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων στρατιὰ ταῖς ναυσὶν ἐκ τοῦ Κωρύκου περιπλέουσα κατ' Ἀργῖνον ἐπιτυγχάνει τρισὶ ναυσὶ τῶν Χίων μακραῖς, καὶ ὥσπερ εἶχον ἰδόντες ἐδίωκον· καὶ χειμών τε μέγας ἐπιγίγνεται καὶ αἱ μὲν τῶν Χίων μόλις καταφεύγουσιν ἐς τὸν λιμένα, αἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων αἱ μὲν μάλιστα ὁρμήσασαι τρεῖς διαφθείρονται καὶ ἐκπίπτουσι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Χίων, καὶ ἄνδρες οἱ μὲν ἁλίσκονται οἱ δ' ἀποθνῄσκουσιν, αἱ δ' ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον.

Cap. 34. ὡς εἶδον Vat., ὥσπερ ἰδόντες reliqui, cuius discrepantiae communem fontem esse scripturam ὥσπερ εἶδον ἰδόντες ex ὥσπερ εἶχον ἰδόντες leviter corruptam in Symb. phil. Bonn. p. 393 sq. docuit Stahl.

ἐπεδίωκον omnes praeter Vat. Sed ἐπιδιώκειν est fugientes vel fugatos insequi (II 79, 6. 92, 2. III 69, 1. 111, 3. IV 14, 1. 43, 4. V 65, 5. VII 41, 2), quod hic minus est aptum.

καλούμενον om. Vat., expressit Valla.

τὴν ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίαν legimus VII 70, 5. — ὁ μὲν . . . ἐκομίσθη. Krueg. ἐκομίσθη, quod Valla liberius vertens omisit, deletum vult. Sed non perspicimus, cur minus recte quam Xen. Anab. II 1, 7 hic suum verbum alterum appositionis distributivae membrum habeat.

Cap. 34. περιπλέουσα, i. e. circa Corycum ab orientali eius parte ad occidentalem. Sed ita part. praes. displicet. Nam circumnavigato demum Coryco Atheniensium classis ad Arginum pervenit. Videndum igitur, ne παραπλέουσα, praeter oram navigans, scribendum sit. — κατ' Ἀργῖνον cum ἐπιτυγχάνει iunge. Ἄργεννον nominant Strab. l. l. Steph. Ptol. p. 118. Plin. V 37. Ubi hoc promunturium eminet proxima est Asiae ora Chio insulae. Nunc capo Bianco (cap Blanc). Cf. Forbig. Geogr. ant. II p. 172. — ὥσπερ εἶχον, continuo. Cf. adn. III 30, 1. — καὶ χειμών τε . . . καὶ κ. τ. λ. De τὲ-καί iunctura cf. Herod. VII 217. Kuehn. Gr. max. § 518, 8. Frustra τέ Kruegero suspectum est. — αἱ μάλιστα ὁρμήσασαι, quae ante alias longissime procurrerant (Port.), quae maxime festinaverant. — διαφθείρονται. Cf. adn. II 84, 3. — ἐκπίπτουσι, eiciuntur. Cf. adn. II 92, 3. — ὑπὸ τῷ Μίμαντι. Est mons excelsus in parte septentrionali paeninsulae adversus Chium procurrentis. Cf. Hom. Od. III 172. Strab. p. 645. Forbig. l. d. — λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον. „Stephanus: ἔστι καὶ Φοινικοῦς λίμνη· Θουκυδίδης ὀγδόῃ. Sed Pinedo et Holsteinius recte legunt λιμήν.

ἐντεῦθεν δ' ὕστερον ἐς τὴν Λέσβον καθορμισάμενοι ** παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.

Ἱπποκράτης ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κνίδον ἤδη ἀφεστηκυῖαν καταπλεῖ καὶ ἓξ μὲν ναῦς ἐς Τριόπιον πέμψας ἀποβάλλει, τὴν δὲ Κνίδον σῴζει.

1 35. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος Ἱπποκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐκπλεύσας δέκα μὲν Θουρίαις ναυσίν, ὧν ἦρχε Δωριεὺς ὁ Διαγόρου τρίτος αὐτός, μιᾷ δὲ Λακωνικῇ, μιᾷ δὲ Συρακοσίᾳ, καταπλεῖ ἐς Κνίδον· ἡ δ' ἀφειστήκει ἤδη
2 ὑπὸ Τισσαφέρνους. καὶ αὐτοὺς οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ, ὡς ᾔσθοντο, ἐκέλευον ταῖς μὲν ἡμισείαις τῶν νεῶν

Cap. 35. § 1. ἀφεστήκει Vat. Mosqu. Cf. sd. IV 26, 7. ἀπὸ codd. Emend. Palmerius.

Liv. XXXVI 45, 7 Romani Chium petentes Phoenicuntem primum portum Erythraeae terrae praetervecti. Add. XXXVII 16, 6.“ Duk. Est hodie *Tschesme* portus. Cf. Leak. It. As. p. 263. Forbig. l. d. p. 185. — *παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.* Hic *τειχισμός* neque antea commemoratus est neque omnino qualis fuerit ex superiore narratione cognoscitur. Res ex iis demum, quae 38, 2 narrantur, intellegitur. Articulus igitur explicationem non habet. Sed etiam si abesset, nihilominus prorsus in obscuro esset hic *τειχισμός*. Itaque mutilatum esse hunc locum credimus. Quod confirmant verba *ἤδη διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον* 38, 2, quibus indicatur eius rei iam antea aliquam mentionem factam esse. Exciderunt *καὶ βουλόμενοι καταλαβόντες χωρίον ἐρυμνὸν τῇ Χίων πόλει ἐπιτειχίζειν* vel similia.

Cap. 35. § 1. *Θουρίαις.* „Ergo Thuri[n]i Italici nunc Peloponnesiorum socii, qui olim tam alacri studio ad Athenienses propensi erant (cf. VII 33, 5), Spartanis autem societatem denegaverant (VI 104, 2)? An vicerat et redierat eiecta (VII 33, 5) ea pars, quae Lacedaemoniis favebat (Ol. XCII 1 = a. Chr. 412), et invicem ex urbe eiecerat adversarios, qui Atheniensibus addicti erant?“: Haack. Ita est. Cf. Wachsm. Ant. Gr. I p. 751. — *Δωριεύς.* Cf. adn. III 8. Hic maxime memores esse debemus verborum Pausaniae VI 7, 2: *διωχθέντες (Δωριεὺς καὶ Πεισίδωρος) ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκ τῆς Ῥόδου καὶ ἐς Ἰταλίαν παρὰ Θουρίους ἀπελθόντες.* — *καταπλεῖ.* Cf. adn. III 26, 1. — *ἀφειστήκει . . . ὑπὸ Τισσαφέρνους*, ad defectionem adducta erat a Tiss. Cf. adn. I 8, 2. VII 78, 7. Vulgatam vix recte comparato loco VIII 109, 1 excusavit Krueg. ad Dion. p. 344 et Stud. phil. II p. 197. Nam si Cnidus a Tissapherne defecisset, nec Lacedaemonii, tunc socii huius, illuc navigassent nec Athenienses urbem agressi esse paulo post (§ 3) dicerentur. Et deficimus ab iis, quibus paruimus aut foederati fuimus; paruerat autem Cnidus Atheniensibus.

§ 2. *ὡς ᾔσθοντο*, cum rem (scil. *τὸ καταπλεῖν ἐς Κνίδον*) comperissent. Cf. adn. IV 70, 2. VIII 44, 3. — *ταῖς ἡμισείαις.* Dativi non pendent ex *ἐκέλευον* (cf. adn. I 44, 1), sed sunt dativi instrumenti. *Φυ-*

Κνίδον φυλάσσειν, ταῖς δὲ περὶ Τριόπιον οὔσαις τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προσβαλλούσας ξυλλαμβάνειν· ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον ἄκρα τῆς Κνιδίας προύχουσα, Ἀπόλλωνος ἱερόν. πυθόμενοι δὲ οἱ 3
Ἀθηναῖοι καὶ πλεύσαντες ἐκ τῆς Σάμου λαμβάνουσι τὰς ἐπὶ τῷ Τριοπίῳ φρουρούσας ἓξ ναῦς· οἱ δ' ἄνδρες ἀποφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν Κνίδον καταπλεύσαντες καὶ προσβαλόντες τῇ πόλει ἀτειχίστῳ οὔσῃ ὀλίγου εἷλον.
τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὖθις προσέβαλλον, καὶ ὡς ἄμεινον φραξαμένων αὐτῶν ὑπὸ νύκτα καὶ ἐπεσελθόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τοῦ Τριοπίου ἐκ τῶν νεῶν 4

§ 2. **προσβαλούσας** Vat. Laur. cum aliquot deterioribus. At cf. adn.

§ 3. **τῷ** om. omnes praeter Vat. Stare potest articulus, quia paulo ante bis commemoratum est Triopium, et semel iam articulo addito, qui redit § 4.

λάσσειν igitur infinitivi nomen debet esse **αὐτούς**. — **ταῖς δὲ . . . οὔσαις**. „Verba **περὶ Τριόπ. οὔσ. . . .** non arcte iungenda sunt cum **ταῖς δέ** [i. e. **ταῖς δὲ ἡμισείας**, sed cohaerent cum praedicato **ξυλλαμβάνειν**]; nondum enim erant illae circa Triopium, sed eo erant iturae.“ Haack. — **τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας . . . ξυλλαμβάνειν** (comprehendere). „Statuendum videtur eas . . . onerarias commeatus [cf. IV 53 3 adn.] advexisse Atheniensibus. . . . Quae sententia eo confirmatur, quod hi de Peloponnesiorum consilio certiores facti illico ad Triopium contendisse narrantur, scilicet ne commeatus ipsorum interciperetur. . . . Sed obiecerit aliquis non verisimile esse ex Aegypto, quae Persarum regis imperio paruerit, frumenta apportata fuisse Atheniensibus eiusdem regis hostibus. At hoc tempore Aegyptii sub Amyrtaeo in libertatem se videntur vindicasse.“ Krueg. ad Dion. p. 356. „Duobus certe annis post, a. Chr. 410, legimus de rege Aegyptiorum tam potenti, ut in Phoenicen se irrupturum esse minatus sit (Diod. XIII 46, 6).“ Arn. — **προσβαλλούσας**, cum (vel per traiectionem ad I 90, 1 illustratam quae) appellerentur (ad Triopium). Cf. adn VI 4, 5. Male Haas. impetu facto, quasi legeretur **προσβαλόντας**; nam nomen infinitivorum paulo ante vidimus esse **αὐτούς**. — **Τριόπιον**. Hodie est *cape Crio*. Cf. Forbig. l. l. p. 209. — **Ἀπόλλωνος ἱερόν**, Apollini sacrum, qui ibi templum procul dubio habebat. Cf. interpret. ad Herod. I 144 et de genet. Krueg. Gr. § 48, 13 adn. 5.

§ 3. **ἀτειχίστῳ οὔσῃ**. Ut Ioniae urbes. Cf. adn. III 33, 2 et supra 31, 3. Idem de Co audiemus 41, 1, de Camiro 44, 2, de Lampsaco 62, 3, de Cyzico 107, 1. — **ὀλίγου**. Cf. adn. IV 124, 1.

§ 4. **αὐτῶν**, i. e. **τῶν Κνι-**

διαφυγόντων οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἀπελθόντες
καὶ δῃώσαντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν ἐς τὴν Σά-
μον ἀπέπλευσαν.

1 36. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἀστυόχου
ἥκοντος ἐς τὴν Μίλητον ἐπὶ τὸ ναυτικόν, οἱ Πε-
λοποννήσιοι εὐπόρως ἔτι εἶχον ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ
στρατόπεδον· καὶ γὰρ μισθὸς ἐδίδοτο ἀρκούντως,
καὶ τὰ ἐκ τῆς Ἰάσου μεγάλα χρήματα διαρπασ-
θέντα ὑπῆν τοῖς στρατιώταις, οἵ τε Μιλήσιοι προ-
2 θύμως τὰ τοῦ πολέμου ἔφερον. πρὸς δὲ τὸν Τισσα-
φέρνη ἐδόκουν ὅμως τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶ-
ται ξυνθῆκαι, αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς
εἶναι καὶ οὐ πρὸς σφῶν μᾶλλον, καὶ ἄλλας ἔτι
Θηριμένους παρόντος ἐποίουν· καὶ εἰσὶν αἵδε.

Λακεδαιμονίων εὐπορία, οἳ πρὸς Τισσαφέρνη ἄλλας ξυνθήκας ποιοῦνται.

1 37. „Ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμ- *αἱ δεύτεραι*

§ 4. ἐπελθόντες omnes praeter Vat. Sed superiora verba causam continent cur relicta Cnido alio se converterint.

Cap. 36. § 1. ἐς Vat. C., εἰς E., reliqui ὡς, quod male hinc commemorat Bernh. Synt. p. 215.

§ 2. ἐπὶ pro ἔτι omnes praeter Vat. „Quae praepositio quo sensu participiorum genetivis iungatur, docet Matth." Goell. Ille hoc loco vel in ed. tertia § 365, 1 utitur. Sed ἔτι ob 38, 1, ubi Therimenes profectus esse dicitur, et quae de praesentia eius iam prius narrata sunt, aptius est.

δίων. — ἀπελθόντες, digressi (ab *urbe* Cnido).

Cap. 36. § 1. Ἀστυόχου ἥκοντος. Vid. 33, 4. — ἔτι, etiamtum, sed paulo post non item. Vid. 46, 5. — τὰ . . . χρήματα. Vid. 28, 3 et de collocatione verborum adn. I 90 1. — ὑπῆν, „suppeditabat, ad manum, in promptu erat." Bau. Cf. VI 87, 4. Herod. I 31. Temere ὑπῆρχε Herw. Stud. Thuc. p. 105 rarae voci usitatissimam substituens.

§ 2. πρὸς δὲ τὸν Τισσαφέρνη. Haec, quae post πρῶται collocanda forsitan videantur, praemissa esse a Thuc., quod opponeret ceteris rebus et rationibus, quae commodae satis viderentur Peloponnesiis, non item opportunam condicionem foederis Persici, recte docuit Haack. Cf. Krueg. Gr. § 50, 10 adn. 1. — τοῖς Πελοποννησίοις. Peloponnesios male a Lacedaemoniis distinguit ita Lachmannus Hist. Gr. p. 107, ut illis solis foedus displicuisse dicat. At Peloponnesiorum nomine Lacedaemonii contineri solent. — πρὸς σφῶν. Cf. adn. II 86, 5. — μᾶλλον, scil. ἢ πρὸς τοῦ Τισσαφέρνους. — ἐποίουν. „Pro medio." Bau. Proprie tamen non prorsus idem valet. Cf. adn. V 76, 2. VI 58, 2. De imperfecto cf. adn. IV 16, 1.

Cap. 37. § 1. Ξυνθῆκαι . . . σπονδάς. Differre haec nomina vidimus iam in adn. ad

ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων καὶ βασιλέως Δαρείου.

μάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον καὶ τοὺς παῖδας τοὺς βασιλέως καὶ Τισσαφέρνη, σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν κατὰ τάδε. 2 ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως εἰσὶ Δαρείου ἢ τοῦ πατρὸς ἦσαν ἢ τῶν προγόνων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ μηδενὶ μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τοὺς Λακεδαιμονίων, μηδὲ φόρους πράσσεσθαι ἐκ τῶν πόλεων τούτων μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονίων· μηδὲ Δαρεῖον βασιλέα μηδὲ ὧν βασιλεὺς ἄρχει ἐπὶ Λακεδαιμονίους μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ μηδενί. 3 ἢν δέ τι δέωνται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι βασιλέως, ἢ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων ἢ τῶν ξυμμάχων, ὅ τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους, τοῦτο ποιοῦσι καλῶς ἔχειν. 4 τὸν δὲ πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κοινῇ ἀμφοτέρους πολεμεῖν· ἢν δὲ κατάλυσιν ποιῶνται, κοινῇ ἀμ-

Cap. 37. § 1. τοῦ βασιλέως codd. Emend. Bekk. Tam pauca sunt prae reliquorum multitudine exempla, ubi βασιλεύς regem Persarum significans articulum habet (Xen. Anab. II 4, 4. 5, 38. Hist. Gr. VII 1, 37. 38. Oec. 4, 15. Isocr. XII 162. Dem. XIX 137), ut merito in suspicionem vocentur.

§ 2. μήτε φόρους codd. Emend. Bekk., quia non singula nomina negantia disiunguntur, sed enuntiationes negantes copulantur μὴ ἰέναι . . . μηδὲ πράσσεσθαι. Cf. adn. V 47, 2.

Λακεδαιμονίους — Λακεδαιμονίων μηδὲ om. Vat.

μήτε ὧν Vat. Cf. sd. II 49, 5.

βασιλεύς sine articulo Cl. Vat. Mosqu. M., reliqui ὁ βασ.

μήτε τοὺς Vat. Mosqu., quasi in superioribus dictum sit μήτε ἐπὶ Λακεδ. Cf. sd. II 49, 5. Sed vel neglecta iteratio articuli obstat.

§ 3. οἱ Λακεδ. Vat. At vid. paulo post et § 1. 2. 5, item c. 18 et sd. 58, 4.

V 47, 11. — τοὺς παῖδας τοὺς βασιλέως. Artaxerxem et Cyrum. „Filios autem regis credibile est ideo in foedere nominatos esse, ut eo post obitum patris obligarentur; apparet enim novum regem non putatum esse teneri actis decessoris, nisi ipse ea probasset.“ Arn.

§ 2. ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι. Haec substituta sunt in locum verborum superioris foederis perniciosissimorum βασιλέως ἔστω, 18, 1; sed ne his quidem Graeciae libertati satis consultum esse facile intellegitur. — φόρους πράσσεσθαι ἐκ τῶν πόλεων τούτων. Respicitur ad urbes Graecas in Asia sitas et tributa ex his ab Atheniensibus exacta (cf. 5, 5), quod Lacedaemonii vetantur facere. De praepos. cf. adn. 5, 3. Hac condicione Lacedaemonii et socii ve-

φοτέρους ποιεῖσθαι. ὁπόση δ᾽ ἂν στρατιὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ βασιλέως ᾖ μεταπεμψαμένου βασιλέως, τὴν δαπάνην βασιλέα παρέχειν. ἢν δέ τις τῶν πόλεων ὁπόσαι ξυνέθεντο βασιλεῖ ἐπὶ τὴν βασιλέως ἴῃ χώραν, τοὺς ἄλλους κωλύειν καὶ ἀμύνειν βασιλεῖ κατὰ τὸ δυνατόν· καὶ ἤν τις τῶν ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ ἢ ὅσης βασιλεὺς ἄρχει ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἴῃ ἢ τῶν ξυμμάχων, βασιλεὺς κωλυέτω καὶ ἀμυνέτω κατὰ τὸ δυνατόν.“

1 38. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ξυνθήκας Θηριμένης
μὲν παραδοὺς Ἀστυόχῳ τὰς ναῦς ἀποπλέων ἐν
2 κέλητι ἀφανίζεται· οἱ δ᾽ ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθη-

οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Χίον ἀποβάντες Δελφίνιόν τε τει-

Cap. 38. § 1. δὲ om. Vat.

tantur tantum ipsi ex regis urbibus tributa exigere, priore foedere obligabantur, ut adiuvarent regem, ne Athenienses id facerent.

§ 4. *ὁπόση δ᾽ ἂν . . . παρέχειν.* Hoc est caput praecipuum foederi adiectum. De re cf. Iustin. V 2.

§ 5. *ἐν τῇ βασ. χ. . . . ἄρχει.* „Distinguit regionem regis Persarum et cui imperet. Differuntne istae? aut qui differunt? Nempe *χώρα βασιλέως* fuerit Persis, Media, Babylonia, aliae partes Asiae maioris; *ὅσης ἄρχει* Graecae civitates Ioniae, aliae Asiae minoris, . . . et quicquid ultra Asiam occupatum Persae tenerent . . . Solent talia [distincte dici] in formulis publice sollemnibus, ne fraudi sit locus.“ Bau.

Cap. 38. § 1. *κέλητι.* Cf. adn. IV 9, 1. — *ἀφανίζεται.* Comparatis locis IV 80, 4 et Plut. Lys. 7 hic valere *διεφθάρη* voluit demonstrare Didotius. Sed illos duos locos non eiusdem generis esse nec Thucydidem hoc exprimere volentem ambigue locuturum fuisse respondet Bloomf. Nec IV 80, 4 perdendi notio ipsi verbo subicienda est, etsi *ἀφανισμός* ibi effectus est *διαφθορᾶ*. Hic „Thucydides videtur dicere illum evanuisse sive evasisse in ipso reditu (*ἀποπλέοντα*, non *ἀποπλεύσαντα*) nec unquam Spartam revertisse. Cf. VI 61, 6, ubi formula *οὐ φανεροὶ ἦσαν* legitur de fuga Alcibiadis eiusque amicorum ad causam dicendam domum redeuntium.“ Arn. Nobis comparatis verbis IV 80, 4 verisimile videtur Thucydidem ipsum ignorasse, quid in discessu de Therimene factum esset. Igitur *οὐκέτι ὤφθη* bene explanat Dukas. At mari illum haustum esse perspicue verbis significari putat Thirlw. Hist. Gr. IV p. 22; nam ita *ἀφανίζειν* legi, ut sit mergere aqua, velut Xen. Hist. Gr. I 6, 33: *Καλλικρατίδας ἀποπεσὼν ἐς τὴν θάλατταν ἠφανίσθη* (cf. Plut. l. d.), Aelian. V. H. XII 61 *Βορρᾶς . . . τὴν δύναμιν αὐτοῦ τὴν ναυτικὴν ἠφάνισεν.* Add. Plut. Pomp. 80 extr. et Caes. 49. Mira certe comminiscitur Lachm. Hist. Gr. I. p. 108 Therimenem a Lacedaemoniis, qui hic non sunt nominati, punitum putans.

χίζουσι καὶ τοὺς Χίους Ἀστύοχον μάτην ἐπικαλουμένους ἐς μεγάλην ἀπορίαν καθιστᾶσι. Μιλήτῳ δὲ ἐν τούτῳ γίγνονται ἐπίπλοι.

ναῖοι ἤδη διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον τῇ στρατιᾷ καὶ κρατοῦντες καὶ γῆς καὶ θαλάσσης Δελφίνιον ἐτείχιζον, χωρίον ἄλλως τε ἐκ τῆς γῆς καρτερὸν καὶ λιμένας ἔχον καὶ τῆς τῶν Χίων πόλεως οὐ πολὺ ἀπέχον. οἱ δὲ Χῖοι ἐν πολλαῖς ταῖς πρὶν 3 μάχαις πεπληγμένοι καὶ ἄλλως ἐν σφίσιν αὐτοῖς οὐ πάνυ εὖ διακείμενοι, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ Τυδέως τοῦ Ἴωνος ἤδη ὑπὸ Πεδαρίτου ἐπ' ἀττικισμῷ τεθνεώτων καὶ τῆς ἄλλης πόλεως κατ' ἀνάγκην ἐς ὀλίγους κατεχομένης ὑπόπτως διακείμενοι ἀλλήλοις ἡσύχαζον, καὶ οὔτ' αὐτοὶ διὰ ταῦτα οὔτε οἱ μετὰ Πεδαρίτου ἐπίκουροι ἀξιόμαχοι αὐτοῖς ἐφαίνοντο. ἐς μέντοι τὴν Μίλητον ἔπεμπον, κε- 4 λεύοντες σφίσι τὸν Ἀστύοχον βοηθεῖν· ὡς δ' οὐκ ἐσήκουεν, ἐπιστέλλει περὶ αὐτοῦ ἐς τὴν Λακεδαίμονα Πεδάριτος ὡς ἀδικοῦντος. καὶ τὰ μὲν ἐν 5 τῇ Χίῳ ἐς τοῦτο καθειστήκει τοῖς Ἀθηναίοις· αἱ

§ 2. ἐς solus Vat. habet.
καὶ γῆς Vat., ut in καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν V 18, 2. 3. 47, 1; reliqui καὶ om.
ἐκ τῆς γῆς Vat., reliqui τῆς om. Cf. adn. IV 31, 2.
§ 3. ἐς ὀλίγον codd. Cf. adn.
§ 4. ὁ Πεδάριτος omnes praeter Vat.

§ 7. Εὔβοιάν τε ἅπασαν. Si τέ germanum est, accusativi τἄλλα τὰ περὶ αὐτήν proprie cum eodem verbo, sive est ἀποστήσαντες sive καθίσταντο sive ambo, debent cohaerere. Quare Krueger ante ἀποστήσαντες interpunxit. Sed ita illa τἄλλα τὰ περὶ αὐτήν satis inutilia videntur; nam non liquet, quae sint haec praeter Euboeam universam. Haackius igitur τέ ex transitu a participio ad ver-

σαν ἀποστήσαντες * πλὴν Ὠρεοῦ (ταύτην δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι εἶχον) καὶ τἆλλα τὰ περὶ αὐτὴν καθίσταντο.

1 96. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν
Εὔβοιαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν
πρὶν παρέστη. οὔτε γὰρ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμ-
φορά, καίπερ μεγάλη τότε δόξασα εἶναι, οὔτε ἄλλο
2 οὐδέν πω οὕτως ἐφόβησεν. ὅπου γὰρ στρατοπέ-
δου τε τοῦ ἐν Σάμῳ ἀφεστηκότος, ἄλλων τε νεῶν οὐκ
οὐσῶν οὐδὲ τῶν ἐσβησομένων, αὐτῶν τε στασια-

γίγνεται οὖν μεγίστη ἔκπληξις τῶν Ἀθηναίων, ἀφ' ἧς Λακεδαιμόνιοι οὐκ ὠφελοῦνται.

Cap. 96. § 1. περιέστη marg. I. et Valla circumsteterat, sane bene. Cf. adn. III 54, 5. Dicitur tamen etiam φόβον παριστάναι τινί, i. e. ciere, commovere. Vid. Steph. Thes. v. παρίστημι p. 521 ed. rec.
γαρ τῆι ἐν Σικ. Vat.
§ 2. τε post αὐτῶν om. R. Aug. Pal. pr. Cass. nec expressit Valla. Sed cf. adn.

bum finitum repetit. Sed talis transitus fieri nequit, nisi praecessit aliud verbum, ad quod participium pertineat. Cf. I 57, 4. III 36, 2. VII 47, 2. Si autem particulam τέ omitteremus (cf. sd.), καί ante τἆλλα etiam valeret, quod ideo parum aptum est, quod antea nihil, quod praeter τἆλλα constituerint, commemoratum est, nisi forte eum constituere aliquid velis, qui alium ad defectionem impellat. Itaque nunc Class. adstipulamur hunc locum mutilatum esse suspicanti. Excidisse potest ἔσχον vel προσηγάγοντο vel similia. — Ὠρεοῦ. Haec olim Hestiaea. Cf. adn. I 114, 3. Nunc οἱ Ὠρεοί. Vid. Burs. Geogr. II p. 407. — αὐτοὶ Ἀθηναῖοι εἶχον. „Ex quo Histiaeenses eiecerant.“ Krueg. ad Dion. p. 388. „Cleruchi enim sive coloni Atheniensium a Pericle ibi collocati sunt, posteaquam insulam recuperavit. Vid. I 114, 3.“ Arn.
Cap. 96. § 1. ὡς ἦλθε τὰ . . . γεγενημένα. „Primum suspicabar ἦλθε fortassis e compendio scripturae vel alio errore librariorum ortum esse pro ἠγγέλθη, quomodo saepe loquitur Thucydides, non ἦλθε. Paulo post 97, 1 ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις. Deinde cum vidissem scholiasten haec verba ἦλθε τὰ γεγενημένα interpretari ἦλθε μήνυμα τῶν γεγενημένων, unde eum agnovisse τὸ ἦλθε apparet, nihil temptandum arbitratus sum, etsi non valde obvium genus loquendi esse puto.“ Duk. „Ἐλθεῖν ita dici quae nuntiantur, mittuntur, docuit Abr. Anim. ad Aeschyl. II p. 302 et Diluc. ad h. l p. 809.“ Beck. „Cf. Brem. ad Demosth. Olynth. III 5 [et ibid. Saupp.]“ Hertl. — μεγίστη δὴ τῶν πρίν. Cf. VI 13, 1 μέγιστον τῶν πρὶν κίνδυνον et adn. I 1, 1. — παρέστη. Cf. sd.
§ 2. ὅπου. Vid. adn. 27, 2. — αὐτῶν τε. Τέ uncis inclusit Bekk. Cf. sd. „Sed mihi tria videntur memorari, quibus coniunctis postrema clades gravior facta sit: primum defectio magnae partis copiarum reipu-

ζόντων καὶ ἄδηλον ὂν ὁπότε σφίσιν αὐτοῖς ξυρράξουσι, τοσαύτη ἡ ξυμφορὰ ἐπεγεγένητο, ἐν ᾗ ναῦς τε καὶ τὸ μέγιστον Εὔβοιαν ἀπωλωλέκεσαν, ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο, πῶς οὐκ εἰκότως ἠθύμουν; μάλιστα δ' αὐτοὺς καὶ δι' ἐγ- 3
γυτάτου ἐθορύβει εἰ οἱ πολέμιοι τολμήσουσι νενικηκότες εὐθὺς σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ ἐρῆμον ὄντα νεῶν πλεῖν (καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι)· ὅπερ ἄν, εἰ τολμηρότεροι ἦσαν, 4
ῥᾳδίως ἂν ἐποίησαν, καὶ ἢ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον τὴν πόλιν ἐφορμοῦντες ἤ, ⟨εἰ⟩ ἐπολιόρκουν μένοντες, καὶ τὰς ἀπ' Ἰωνίας ναῦς ἠνάγκασαν ἂν καίπερ πολεμίας οὔσας τῇ ὀλιγαρχίᾳ τοῖς σφετέροις οἰκείοις καὶ τῇ ξυμπάσῃ πόλει βοηθῆσαι· καὶ ἐν τούτῳ Ἑλλήσποντός τε ἂν ἦν αὐτοῖς καὶ

ἀπολωλέκεσαν omnes praeter It. Cf. sd. IV 133, 1.
§ 4. εἰ ἐφορμοῦντες It.

blicae; tum paucitas navium et nautarum domi, quibus iactura ad Eretriam facta compensaretur; denique rerum domesticarum status perturbatus, unde iam iamque bellum civile intra ipsa Athenarum moenia oriturum videbatur.“ Arn. — ἄδηλον ὂν ὁπότε. Cf. adn. I 2, 2. — σφίσιν αὐτοῖς ξυρράξουσι. „Ξυρράξαι notat confligere [et cum σφ. αὐτ.] concurrere inter se. Vid. schol. ad 104, 4.“ Abresch. et Bau. Cf. Plut. Ages. 18 et Xen. Ages. 2, 12. — ἐξ ἧς ... ὠφελοῦντο. De praepositione ante τῆς Ἀττ. non iterata cf. adn. VII 47, 4, de re Isocr. IV 108. — πῶς ... ἠθύμουν. Cf. Krueg. Gr. § 54, 1 adn. 3.

§ 3. δι' ἐγγυτάτου. Cf. Krueg. Gr. § 23, 9 adn. 4. — εὐθὺς ... πλεῖν. Εὐθύ mavult Lob. ad Phryn. p. 144. At de tempore hic intellegas εὐθύς et σφῶν τὸν Πειραιᾶ iungas. Comparat Arn. τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα I 114, 2 et similia, de quibus cf. adn. I 111, 1. Add. Krueg. Gr. § 47, 5 adn. 8. Ceterum cf. etiam similis sententia 1, 2. Classeno, qui Lobeckio assensus εὐθύ cum σφῶν iungit, non credimus εὐθύ cum personis pariter iungi posse atque cum loco c. 88 extr.

§ 4. ὅπερ ἂν ... ἂν ἐποίησαν. Cf. adn. I 136, 3 extr. — ἐφορμοῦντες, navibus aggredientes. Vid. adn. III. 31, 1. Huic cum aperte oppositum sit ἐπολιόρκουν μένοντες, recte ante hoc εἰ Bekk. addidisse manifestum est. — καὶ ... ἠνάγκασαν ἄν, praeterquam quod civitatis discidium auxissent, etiam ... coëgissent. — ἂν ἦν αὐτοῖς. De ellipsi frustra cogitavit schol. „Quid, si [αὐτοῖς ad Lacedaemonios referentes] ἦν adhibitum dicamus pro ἐγίγνετο, ut 20, 1 (contingere, *zu Theil werden*)?“ Beck. Cf. IV 65, 1 τοῖς δὲ Καμαριναίοις Μοργαντίνην εἶναι et Krueg. Gr. § 43, 3 adn.

Ἰωνία καὶ αἱ νῆσοι [καὶ τὰ μέχρι Εὐβοίας] καὶ
5 ὡς εἰπεῖν ἡ Ἀθηναίων ἀρχὴ πᾶσα. ἀλλ' οὐκ ἐν
τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις πάντων δὴ
ξυμφορώτατοι προσπολεμῆσαι ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ
ἐν ἄλλοις πολλοῖς. διάφοροι γὰρ πλεῖστον ὄντες
τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὀξεῖς οἱ δὲ βραδεῖς, καὶ οἱ
μὲν ἐπιχειρηταὶ οἱ δὲ ἄτολμοι, ἄλλως τε καὶ ἐν
ναυτικῇ ἀρχῇ πλεῖστα ὠφέλουν. ἔδειξαν δὲ οἱ

μέχρι Βοιωτίας Vat., quae discrepantia videtur orta esse ex correctura mutilatae lectionis *βοίας*. Ceterum cf. adn.

§ 5. *ἐν* ante *ναυτικῇ* om. omnes praeter Vat.

1. — [*καὶ . . . Εὐβοίας*]. Bekker ex Vat. *Βοιωτίας*, sed male, cum ita tantum continentis Graeciae pars, quae Atheniensibus subiecta non erat, apte designaretur; nam si de sola ea Boeotiae ora, quae in orientem spectat, cogitares, praeterquam quod hoc clare dicendum erat, non appareret, cur Boeotia magis quam Attica ipsa nominaretur. *Βοιωτίας* damnat etiam Arn. putans errorem fortasse exortum ex 43, 3 *ἐνῆν γὰρ καὶ νήσους ἁπάσας πάλιν δουλεύειν καὶ Θεσσαλοὺς καὶ Λοκροὺς καὶ τὰ μέχρι Βοιωτῶν*, sed ea de Persarum regno totam septentrionalem Graeciam complexo recte dicta de Atheniensium imperio maritimo absurda esse. Sed ne altera quidem scriptura recepta, quae regiones significentur, satis apertum est (maxime in promptu esset de ea parte imperii Atheniensium cogitare quae insulis continebatur, nisi ea verbis proxime praegressis significata esset), et praeterea *μέχρι Εὐβοίας* ea de causa vix a Th. profectum esse potest, quod omnis praeter Oreum oppidum Euboea ab Atheniensibus defecerat (95, 7) eaque de causa ab iis quae Lacedaemoniis fuissent excludi non potest. Itaque nobis nunc *τὰ μέχρι Εὐβοίας* in margine videtur scriptum fuisse atque ad *αἱ νῆσοι* verba eo sensu pertinuisse, ut indicaretur insularum regionem designari praeter Euboeam, quam iam antea Lacedaemonii sibi conciliavissent. Ceterum *Ἑλλήσποντος καὶ Ἰωνία καὶ αἱ νῆσοι* appellantur eae imperii Atheniensium regiones quae *τῷ Ἑλλησποντίῳ, Ἰωνικῷ, νησιωτικῷ φόρῳ* continebantur, omisso *τῷ ἐπὶ Θράκης φόρῳ*. Is autem significari non poterat propter *καὶ ὡς εἰπεῖν ἡ Ἀ. ἀρχὴ πᾶσα*, quod totum Atheniensium imperium antea denotari vetat, qua de re cf. Krueg. Gr. § 55, 1 adn. 2. De regionibus quae tum erant maritimi Atheniensium imperii vid. Koehler de Foed. Deliaco-Att. p. 124. Class. *Βοιωτίας* pro antiquissima scriptura habet additamentum et ipse agnoscens.

§ 5. *ξυμφορώτατοι προσπολεμῆσαι*. De *προσπολ.* cf. Matth. Gr. § 533 adn. 2, de *ξυμφορ.* adn. VI 33, 4. 34, 3. — *διάφοροι γὰρ πλεῖστον*. „Quae de moribus hic breviter, ea prolixius I 70. 71.“ Bau. De singulari *πλεῖστον* vid. adn. III 36, 2. — *οἱ μὲν ὀξεῖς . . . βραδεῖς*. Cf. I 70, 4. — *ἐπιχειρηταί*. „E Thuc. laudat Poll. II 154.“ Duk. Legi etiam apud Platon. et Epiphan. intellegitur e Steph. Thes. Pro eo *τολμηταί* I 70, 3. — *ὠφέλουν*

Συρακόσιοι· μάλιστα γὰρ ὁμοιότροποι γενόμενοι ἄριστα καὶ προσεπολέμησαν.

ἔπειτα δὲ τῶν τετρακοσίων καταπαυθέντων, τοῖς πεντακισχιλίοις τὰ πράγματα παραδίδοται καὶ καλλίστη καθίσταται πολιτεία. ψηφίζονται δὲ

97. Ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν καὶ ἐκκλησίαν ξυνέλεγον, μίαν μὲν εὐθὺς τότε πρῶτον ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην, οἶπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν, ἐν ᾗπερ καὶ τοὺς τετρακοσίους καταπαύσαντες τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι· εἶναι δὲ αὐτῶν ὁπόσοι καὶ ὅπλα 1

Cap. 97. § 1. *ἐπειδὴ οὖν* Vat. mendose.
Πνύκα Vat. cum deterioribus aliquot. At cf. Weckl. Cur. epigr. p. 25 sq.
οὗπερ codd. Cf. adn.
ὁπόσοις Vat. proximum *καὶ* omittens cum Pal. et deterioribus aliquot.

refer ad utresque; nam illa *διάφοροι ὄντες ὠφέλουν* dicta sunt pro his: *τὸ διαφόρους αὐτοὺς εἶναι ὠφέλει.* Cf. adn. VI 33, 4. — **ὁμοιότροποι γενόμενοι ... προσεπολέμησαν.** „Cf. VII 21. 55, 2." Arn. „Ceterum hoc certe caput a Thuc., si quid aliud, scriptum fuit." Dobr. Cf. Krueg. ad Dion. p. 254.

Cap. 97. § 1. **ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις.** Port.: propter hunc nuntium igitur. Cf. Krueg. Gr. § 68, 41 adn. 7 et de re 96, 1. Similia sunt verba Demosth. IV 51, ubi cf. Frank. De *δ' οὖν* cf. adn. 87, 6. — **ὅμως.** „Quamvis essent animis consternati." Port. — **εὐθὺς τότε πρῶτον.** Respicitur ad alias contiones, quas postea ibidem factas esse mox comperiemus. — **ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην.** Pnyx utrum ad septentrionem a Museo an in occidentali arcis ascensu paulatim acclivi prope Areopagum sita fuerit, valde dubitatur, qua de re cf. Wachsm. de Urbe Ath. I p. 368 sqq. — **οἶπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν.** „Ut in Pnyce[m] contiones cogerentur, Solonis legibus cautum erat, ut testatur Aeschines [III 34]. Et olim quidem omnes, postea tantum eae [ibi] haberi coeptae sunt, quibus de creando magistratu agebatur, ut Hesychius auctor est itemque Pollux [VIII 132.]" Wass. Sed „id ad eam, de qua nos agimus, aetatem non pertinet." Schoem. de comit. Athen. p. 53, apud quem vide plura et de ceteris contionum locis adn. 67, 2. Ad *εἰώθεσαν* cum audiendum sit *ξυλλέγειν*, licet interdum verba congregandi cum *ἐν* praepos. iungantur (cf. adn. II 99, 1), tamen hic propter *ἐς τὴν Πύκνα* pro *οὗπερ* scribendum est *οἶπερ*. — **τοῖς πεντακισχιλίοις ... παραδοῦναι.** Pseudo-Lysiam XIX 6 conferri iubet Wass. Vid. praeterea Suid. et al. lexic. in v. *καταλογεύς*. Ambiguis verbis de hac reipublicae conversione utitur Diod. XIII 38, 1. — **ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται.** Dicitur de iis, qui gravi armatura se ipsi instruxerunt, id est eam suis sibi sumptibus compararunt ideoque arma seque armatos exhibent. Cf. Krueg. ad Dion. p.

παρέχονται· καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾶς ἀρχῆς, εἰ δὲ μή, ἐπάρατον ἐποιήσαντο. ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕστερον ἐν Πυκνὶ ἐκκλησίαι, ἀφ' ὧν καὶ νομοθέτας καὶ τἆλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν. καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γ' ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες· καὶ Ἀλκιβιάδῃ κάθοδον.

2

μηδεμιᾷ ἀρχῇ codd. Cf. adn.
§ 2. ὕστερον om. Vat.
πυκναὶ pro ἐν Πυκνὶ codd. Cf. adn.

254 et Herm. Ant. Gr. I § 67, 2. Numerum civium, qui gravi armatura instruere se possent, multo maiorem quinque milibus fuisse ex Lysiae l. d. apparere, sed omnes in illum numerum sive sortitione sive electione sive per vices, legi potuisse existimandum esse explicat Arn. At Vischer in libello qui inscribitur *Untersuch. üb. d. Verfass. von Ath.* (Script. min. I p. 222) πεντακισχιλίων nomen servatum, sed simul constitutum esse, ut, licet plures essent, omnes, ὁπόσοι ὅπλα παρέχονται, in iis numerarentur, existimat. — μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾶς ἀρχῆς. In his genetivum rescripsimus; nam dicitur mercedem ferre alicuius rei, non alicui rei. Class. falso ita interpretatur quasi scriptum sit ἐν μηδ. ἀρχῇ. Ἀρχή autem ne male intellegatur, Thirlwallus Hist. IV p. 71 iubet nos memores esse definitionis Aristotelis Pol. III 1 (p. 1275 a): τῶν ἀρχῶν αἱ μέν εἰσι διῃρημέναι κατὰ χρόνον . . . ὁ δ' ἀόριστος, οἷον ὁ δικαστὴς καὶ ἐκκλησιαστής. Vid. de ἀρχαῖς Herm. l. d. § 125 et § 147. — εἰ δὲ μή. Cf. adn. I 28, 3.

§ 2. ἐν Πυκνί. „Kuhnius ad Poll. VIII 132 emendat ἐν Πυκνί [cf. ed.]. Recepta lectio [codd.] satis commodum sensum habet.“ Duk. „Illa emendatio nescio an recte se habeat et putandum sit πυκνί in πυκναί mutatum esse, cum post ὕστερον intercidisset ἐν“. Wecklein cur. epigr. p. 25. Nobis haec emendatio nunc videtur necessaria esse propter superiora verba μίαν μὲν εὐθὺς τότε πρῶτον ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην, quippe quibus respiciatur ad alias contiones, quae postea item in Pnyce habitae sint. Neque videtur probabile esse adeo frequenter de republica mutanda fuisse contiones. — ἀφ' ὧν. Cf. adn. c. 81. — νομοθέτας. „Viros reipublicae constituendae respondentes ξυγγραφεῦσι ab optimatium factione paulo ante institutis. Vid. 67, 1.“ Arn. A nomethetis ordinariis, qui quotannis ad leges examinandas et supplendas creati sunt (cf. Herm. l. d. § 131, 6), distinguendi ii, qui cum extraordinaria potestate in tempus non definitum constituti sunt, de quibus vide plura in ed. mai. Quales hic intellegit Peter Comment. crit. de Xenoph. Hist. Gr. p. 52. Attamen hos nomothetas ab ordinariis non diversos fuisse nisi tempore quo constituti sint et muneris gravitate probabile existimat Vischer l. l. p. 231 sq. — τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γ' ἐμοῦ. Verba τὸν πρῶτον χρόνον cum ἐπί γ' ἐμοῦ coniuncta vix aliud significare possunt quam τὸ πρῶτον, qua de re cf. VII 87, 1. Quod autem tum primum se

μετρία γὰρ ἥδε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς
ξύγκρασις ἐγένετο, καὶ ἐκ πονήρων τῶν πραγμά-
των γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν.
ἐψηφίσαντο δὲ καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ ἄλλους μετ' 3
αὐτοῦ κατιέναι, καὶ παρά τε ἐκεῖνον καὶ παρὰ τὸ
ἐν Σάμῳ στρατόπεδον πέμψαντες διεκελεύοντο
ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων.

ἥ γε pro ἥδε Vat., ἥ τε reliqui. Cf. adn.
καὶ ἐς τοὺς πολλοὺς Vat. Melius ἐς non repetitur, cum una eademque ξύγκρασις significetur. Cf. sd. 84, 5.
πονηρῶν codd. Cf. sd. VII 48, 1.
§ 3. διακελεύονται Vat.

quidem vivo rempublicam bene temperatum esse Th. dicit, ad Solonis disciplinam triginta tyrannis eiectis restitutam eum respicere putamus. Ex iis enim fuit, qui mediam de republica sententiam sequebantur (cf. τὰ μέσα τῶν πολιτῶν III 82, 8, οἱ σώφρονες IV 28, 5), quorum rationem laudat Eur. Suppl. 244 sq., qui iidem postea Solonis instituta, qualia per Clisthenem et Aristidem immutata erant, revocaveruut. Nam haec quoque erat δημοκρατία ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένη (Isocr. XII 153). Pristinam rationem popularem paulo post Alcibiadis reditum a. 407 restitutam esse suspicatur Herm. l. d. § 166, 13. At Peter l. l. p. 54 eam reipublicae formam, quam Thucydides institutam esse narret, tam diu retentam esse, quam diu nomothetae in legibus examinandis ferendisque versarentur, hoc est usque ad belli finem, sed eos, qui reipublicae praeessent, tempore procedente ipsa hac forma abusos esse existimat. Sed haec sententia stare non potest, postquam Vischer l. l. p. 220 sqq. certis argumentis, quibus alia addidit Herbst. de pugna apud Argin. p. 17 sqq., demonstravit reipublicae formam hoc tempore institutam non iam fuisse archonte Callia (Cl. 93, 3 = 406). — ἥδε . . . ξύγκρασις. Particulam τε in codd. vulgatam ita defendunt, ut proprie eam post μετρία aut post ἐς τοὺς aut post ἐς ponendam fuisse dicant. Sed nulla harum traiectionum usu Thucydideo comprobatur. Neque enim huc afferri potest VII 1, 5, ubi vid. sd., aut V 11, 1, ubi cf. adn. Verum lenissima mutatione restituimus. — ἀνήνεγκε τὴν πόλιν] ἀντὶ τοῦ ἀνενεγκεῖν ἐποίησεν. Schol. Cf. Schweigh. ad Appi. III p. 854 et Schoem. ad Plut. Ag. 5, 1. Saepius ita intransitive legitur, velut ἀναφέρειν ἐκ νόσου, ἐκ μέθης, ἐξ ὕπνου, ἐκ πληγῆς.

§ 3. ἐψηφίσαντο ... Ἀλκιβιάδην . . . κατιέναι. Praecipuum suasorem vel suffragatorem huius rei fuisse Theramenem affirmant Diod. XIII 38, 2 et 42, 2 ac Nep. Alc. 5, 4, sed populisciti auctorem fuisse Calliam Callaeschri fil. huius ipsius versibus testatur Plut. Alc. 33, quae cum minime inter se pugnent, de Critiae fide frustra dubitat Hinrichs. de Theram., Crit. et Thrasyb. reb. p. 55. De re cf. etiam Plut. Alc. 27. Quamvis decretum, quo Alcibiades revocabatur, hoc tempore perrogatum sit, tamen quattuor annis post demum Athenas revertit. — ἀνθάπτεσθαι τῶν

τῶν δ' ὀλίγων Πείσανδρος μὲν καὶ Ἀλεξικλῆς ἐς Δεκέλειαν ὑπεξέρχονται, Ἀρίσταρχος δὲ Οἰνόην τοὺς φρουροὺς ἀπατήσας Βοιωτοῖς ἐνδίδωσιν.

1 98. Ἐν δὲ τῇ μεταβολῇ ταύτῃ εὐθὺς οἱ μὲν περὶ τὸν Πείσανδρον καὶ Ἀλεξικλέα καὶ ὅσοι ἦσαν τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα ὑπεξέρχονται ἐς τὴν Δεκέλειαν· Ἀρίσταρχος δὲ αὐτῶν μόνος (ἔτυχε γὰρ καὶ στρατηγῶν) λαβὼν κατὰ τάχος τοξότας τινὰς τοὺς
2 βαρβαρωτάτους ἐχώρει πρὸς τὴν Οἰνόην. ἦν δὲ Ἀθηναίων ἐν μεθορίοις τῆς Βοιωτίας τεῖχος· ἐπολιόρκουν δ' αὐτὸ διὰ ξυμφορὰν σφίσιν ἐκ τῆς Οἰνόης γενομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων διαφθορᾶς οἱ Κορίνθιοι ἐθελοντηδόν,
3 προσπαρακαλέσαντες τοὺς Βοιωτούς. κοινολογησάμενος οὖν αὐτοῖς ὁ Ἀρίσταρχος ἀπατᾷ τοὺς ἐν τῇ Οἰνόῃ, λέγων ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει τἄλλα ξυμβεβήκασι Λακεδαιμονίοις, κἀκείνους δεῖ Βοιω-

Cap. 98. § 1. εὐθὺς post ταύτῃ in Vat. om. interponitur ante ὑπεξέρχονται.
§ 3. καὶ κἀκείνους Vat., ut iam 89, 1.

πραγμάτων, scil. τοῦ πολέμου. Cf. Iust. V 4, 9.

Cap. 98. § 1. *Πείσανδρον καὶ Ἀλεξικλέα.* Pisandri bona publicata esse discimus ex Lys. VII 4. Alexicles et Aristarchus videntur postea ab Atheniensibus interfecti esse. Cf. Lycurg. c. Leocr. 115, nisi, id quod Bergk. in Comment. antiqu. stud. censuit (a. 1847 p. 1100), ibi ἀπέκτειναν valet capitis damnarunt, atque etiam decretum populi ibid. 121. De Aristarcho Oenoen prodente cf. Xen. Hist. Gr. I 7, 29. — *ὅσοι ... μάλιστα.* Antiphon tamen videtur Athenis remansisse; certe paulo post ibi accusatus et condemnatus est. Vid. supra 68, 2. — *τοξότας τινὰς τοὺς βαρβαρωτάτους.* „An designat ministros publicos, qui τοξόται Athenis vocabantur? . . . Mihi non dissimile veri videtur. Erant enim hoc genus fere barbari, unde et Scythae dicti.“ Duk. Cf. Schoem. de Comit. p. 90. Herm. Antiqu. Gr. I § 129, 13 Appositio cum articulo ad τινάς apposita est, ut VII 2, 4., ubi vid. adn. — *Οἰνόην.* Cf. II 18, 1 et ibi adn.

§ 2. *ἦν.* Imperfectum a Dobr. impugnatum verbis ἐτετείχιστο καὶ αὐτῷ φρουρίῳ ἐχρῶντο, quae II 18, 2 de Oenoe leguntur, satis defenditur. Fortasse castellum postea eversum est. Vid. tamen etiam sd. I 63, 2. — *διὰ ξυμφορὰν ... διαφθορᾶς.* Διαφθορᾶς ex ξυμφ. pendet, ad quod I 33, 1 ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετέρας χρείας confert Goell. „Ξυμφορὰ τοῖς Κορινθίοις ἐγένετο περὶ τὴν Οἰνόην διαφθαρέντων ἀνδρῶν αὐτοῖς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκ τῆς Οἰνόης ἐξελθόντων· ἀνεχώρουν δὲ ἐκ Δεκελείας πεφρουρηκότες οἱ Κορίνθιοι.“ Schol. — *ἐθελοντηδόν*, sua sponte, i. e. non ex communi sociorum consilio (schol. ἄνευ τῶν ἄλλων ξυμμάχων). Cf. Symb. phil. Bonn. p. 390. Legi

τοῖς τὸ χωρίον παραδοῦναι· ἐπὶ τούτοις γὰρ ξυμβεβάσθαι. οἱ δὲ πιστεύσαντες ὡς ἀνδρὶ στρατηγῷ καὶ οὐκ εἰδότες οὐδὲν διὰ τὸ πολιορκεῖσθαι, ὑπόσπονδοι ἐξέρχονται. τούτῳ μὲν τῷ τρόπῳ 4 Οἰνόην ληφθεῖσαν Βοιωτοὶ κατέλαβον, καὶ ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις ὀλιγαρχία καὶ στάσις ἐπαύσατο.

Μίνδαρος ὑπὸ μὲν Τισσαφέρνους φενακισθείς, ὑπὸ δὲ Φαρναβάζου ἐπικληθείς, ἀπὸ Μιλήτου ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον πλευσόμενος ἐς Χίον ἀφικνεῖται.

99. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ Πελοποννήσιοι, ὡς τροφήν τε οὐδεὶς ἐδίδου τῶν ὑπὸ Τισσαφέρνους τότε ὅτε ἐπὶ τὴν Ἄσπενδον παρῄει προσταχθέντων, καὶ αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης τέως που ἧκον, ὅ τε Φίλιππος ὁ ξυμπεμφθεὶς αὐτῷ ἐπεστάλκει Μινδάρῳ τῷ ναυάρχῳ καὶ ἄλλος, Ἱπποκράτης, ἀνὴρ Σπαρτιάτης καὶ ὢν ἐν Φασήλιδι, ὅτι οὔτε αἱ νῆες παρέσοιντο πάντα τε ἀδικοῖντο ὑπὸ Τισσαφέρνους, Φαρνάβαζός τε ἐπεκαλεῖτο αὐτοὺς καὶ ἦν πρόθυμος κομίσας τὰς ναῦς

Cap. 99. τέως om. Pal. et aliquot deteriores. Cf. ad. 93, 2.

ἐθελοντηδόν apud Thuc. in libro octavo adnotant veteres grammatici; est enim vocabulum rarum. Cf. Lob. ad Phryn. p. 6.

§ 3. *ξυμβεβάσθαι.* Similis flexio est παραβεβάσθαι I 123, 2, ubi cf. adn.

§ 4. *ληφθεῖσαν.* Attende passive hic locutum esse Thucydidem pro usitatiore λαβόντες, sed rem Boeotis sine ipsorum opere et labore obtigisse videtur significare velle. Paulo post κατέλαβον valet occuparunt (praesidio). Reiskius tamen κατέβαλον legendum coniecit.

Cap. 99. *οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ Πελοποννήσιοι.* Cf. c. 85. Nominativus οἱ Πελοποννήσιοι verbo suo destitutus est. Nam post multorum membrorum interiectionem inde ab ὡς coniunctione exorsam scriptor οὕτω δή verbis ita ea comprehendit, ut sententiam persequens nomen ducis (ὁ Μίνδαρος) in locum Peloponnesiorum substitueat, ut saepe post interpositiones aliquantum mutatur oratio. Vide adn. VII 33, 2 et maxime adn. IV 73, 4. — *τῶν . . . τότε προσταχθέντων.* Supra 87, 3, ad quem locum respicitur, unus Tamos est nominatus. — *αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης* = οὔτε αἱ Φ. νῆες οὔτε ὁ Τ. Cf. adn. V 47, 2. Lob. ad Soph. Ai. 244. — *ὁ ξυμπεμφθεὶς αὐτῷ.* Vid. 87, 6. — *Μινδάρῳ.* Cf. 85, 1. — *Ἱπποκράτης.* Estne is, qui 35, 1 est nominatus? Add. 107, 2. Krueger deinde pro καὶ ὢν conicit κατοικῶν. Sed habitasse Phaselide Spartanum hominem prorsus improbabile est. Neque causa est suspicionis, modo vertas isque (cf. adn. IV 16, 1) Phaselide versans; nam Philippus cum Tissapherne Aspendi erat (cf. 87, 6. 108, 3). — *τὰς ναῦς, τὰς τῶν Πε-*

καὶ αὐτὸς τὰς λοιπὰς ἔτι πόλεις τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς ἀποστῆσαι τῶν Ἀθηναίων, ὥσπερ καὶ ὁ Τισσαφέρνης, ἐλπίζων πλέον τι σχήσειν ἀπ' αὐτοῦ· οὕτω δὴ ὁ Μίνδαρος πολλῷ κόσμῳ καὶ ἀπὸ παραγγέλματος αἰφνιδίου, ὅπως λάθοι τοὺς ἐν Σάμῳ, ἄρας ἀπὸ τῆς Μιλήτου ναυσὶ τρισὶ καὶ ἑβδομήκοντα

λοποννησίων. — **ἐλπίζων** refer ad Pharnabazum. — **πλέον τι ... ἀπ' αὐτοῦ**, „scil. *πλεονεκτήσειν ἐκ τούτου τοῦ πράγματος.*" Ae. Port. Cf. adn. I 37, 4. VII 36, 2. Quale illud commodum sit, ex 6, 1 intellegitur. — **οὕτω δὴ ὁ Μίνδ.** Cf. ad init. cap. dicta. — **ἀπὸ παραγγέλματος.** Cf. *ἀπὸ παραγγέλσεως* Xen. Anab. IV 1, 5 et adn. II 90, 4. — **τρισὶ καὶ ἑβδομήκοντα.** De hoc numero sic Krueg. ad Dion. p. 305 sq.: „Peloponnesiorum classem navium hoc tempore fuisse vidimus centum et duodecim [79, 1]. Earum sex et viginti in Hellespontum missae [, decem, quae 80, 3, et sedecim, quae infra statim memorantur; reliquae enim triginta naves praeter decem illas ad Pharnabazum missae Miletum redierant, qua de re vide 80, 1. 3]. At qui mox eodem contendit Mindarus nonnisi septuaginta tres habet. Desunt igitur tredecim. Has coniecerit aliquis Mileti praesidio relictas esse. Quam coniecturam probaremus, si ex solo Th. iudicanda esset. Sed is omisit Mindarum tredecim naves Dorieo duce in Rhodum misisse, cum ibi esse accepisset qui res novas molirentur [Diod. XIII 38, 5]." Cuius computationem Arn. explicat iustam esse, si duae naves, quibus Philippus Aspendum navigasset (vid. 87, 6), ipso apud Tissaphernem relicto reverterint; sin minus, ponendum esse aut earum in locum alias undecunque venisse idque memorare Thucydidem operae pretium non duxisse aut ipsum in numero errasse neque reputasse duarum illarum absentiam. Sed, ut Class. animadvertit, mirum est Th. tredecim illas naves in rationem induxisse neque usquam earum mentionem fecisse. Nec magis probabile est Xenophontem, qui easdem naves memorat in Hist. Gr. I 1, 2 (hic tamen quattuordecim leguntur), respexisse ibi ad Dorieum Rhodi versantem, quin quomodo eo hic venisset a Th. memoratum esset. Nam id factum esse brevi illo tempore, quod in Xenophontis libri initio praetermissum est, statui nequit, nisi Diodorum de tempore et loco, unde Dorieus missus esset, plane falsa tradidisse putemus. Itaque facere vix possumus, quin huius rei mentionem apud Th. interisse existimemus. Cum autem 80, 3 lacunam esse certo cognoverimus, nihil obstat quin ibi haec vel similia exciderint: *ἐνταῦθα ἔμειναν πλὴν τριῶν καὶ δέκα, ἃς ὁ Μίνδαρος ἄρχοντα Δωριέα προστάξας ἐς Ῥόδον ἀπέστειλε, δείσας μή τι νεωτερίσωσι.* De duabus autem Philippi navibus sic existimandum est, eas aut redisse relicto Philippo aut praeter reliquam classem ad ipsam Philippi legationem comparatas esse. Itaque falsam esse Th. computationem aut comprehendisse naves non memoratas contendi nequit. Ceterum *ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς* numerat Diod. l. l. Qui addit decem naves 80, 3 in Hellespontum profectas, omnino praetermittens sedecim quae

ἔπλει ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον (πρότερον δὲ ἐν τῷ
αὐτῷ θέρει τῷδε ἑκκαίδεκα ἐς αὐτὸν νῆες ἐσέπλευ-
σαν, αἳ καὶ τῆς Χερσονήσου τι μέρος κατέδρα-
μον)· χειμασθεὶς δὲ ἀνέμῳ καὶ ἀναγκασθεὶς κατ-
αίρει ἐς τὴν Ἴκαρον, καὶ μείνας ἐν αὐτῇ ὑπὸ
ἀπλοίας πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας ἀφικνεῖται ἐς τὴν Χίον.

άσυλλος ἐκ Σάμου Λέσβον ῖ, Μινδά- τε ἐφορ- ίσων καὶ εσον ὑπὸ θυμναίων υγάδων στηκυῖαν κτησόμε- νος.

100. Ὁ δὲ Θράσυλλος ἐκ τῆς Σάμου, ἐπειδὴ 1
ἐπύθετο αὐτὸν ἐκ τῆς Μιλήτου ἀπηρκότα, ἔπλει
καὶ αὐτὸς ναυσὶν εὐθὺς πέντε καὶ πεντήκοντα,
ἐπειγόμενος μὴ φθάσῃ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐσ-
πλεύσας. αἰσθόμενος δὲ ὅτι ἐν τῇ Χίῳ εἴη καὶ 2
νομίσας αὐτὸν καθέξειν αὐτοῦ, σκοποὺς μὲν κατ-
εστήσατο καὶ ἐν τῇ Λέσβῳ καὶ ἐν τῇ ἀντιπέρας
ἠπείρῳ, εἰ ἄρα ποι κινοῖντο αἱ νῆες, ὅπως μὴ
λάθοιεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Μήθυμναν παραπλεύσας
ἄλφιτά τε καὶ τἄλλα ἐπιτήδεια παρασκευάζειν ἐκέ-
λευεν ὡς, ἢν πλείων χρόνος γίγνηται, ἐκ τῆς
Λέσβου τοὺς ἐπίπλους τῇ Χίῳ ποιησόμενος. ἅμα 3
δέ (Ἔρεσος γὰρ τῆς Λέσβου ἀφειστήκει) ἐβούλετο
ἐπ᾽ αὐτὴν πλεύσας, εἰ δύναιτο, ἐξελεῖν. Μηθυμ-

ἐσέπλευσαν m. Gr., ἀπέπλευσαν It. Ar. Chr. Dan. Reg. D. I., ἐπέπλευσαν reliqui, quod postponendum esse apparet ex sd. VII 26, 3. Cf. 100, 1. II 92, 6. IV 75, 1.
αἳ om. omnes praeter Vat.

Cap. **100.** § 3. Ἔρεσσος It., Ἐρεσσὸς Ar. Chr., Ἐρεσὸς vulgo. Vid. sd. III 18, 1.
ἐξελθεῖν Vat. It. Aug. Pal.

mox eodem praemissae esse dicuntur. — πρότερον ... κατέδραμον. „Haec verba in parenthesi ponenda esse, tanquam ἐν παρόδῳ dicta, patet.“ Haack., cui, quoniam grammatica verborum compositio non est interrupta, non obtemperavit Bekk. Nos tamen Haack. sequimur, quod χειμασθεὶς δὲ κ. τ. λ. aptissime cum ἔπλει ἐπὶ τὸν Ἑ. cohaerent. — ἑκκαίδεκα. Vid. 102, 2. — κατέδραμον de navibus adfuit iam 92, 3.
Cap. **100.** § 1. Θράσυλλος. Eum ducem constitutum esse audivimus 76, 2.
§ 2. καθέξειν dubitatur utrum intransitivum sit (schol. ἐνδιατρίβειν), ut 28, 2. IV 32, 2, an transitivum (retenturum esse); sed priori interpretationi magis favet proximum ἢν πλείων χρόνος γίγνηται, scil. τῆς διατριβῆς. Class. hic ἐγγίγνηται mavult, ut I 113, 1. IV 111, 2; sed cf. Plat. Phaed. 108c. Prot. 320a. de Rep. 616b.
§ 3. Ἔρεσος γὰρ ... ἀφειστήκει. Cohaerere Ἔρεσος τῆς

ναίων γὰρ οὐχ οἱ ἀδυνατώτατοι φυγάδες, διακο-
μίσαντες ἔκ τε τῆς Κύμης προσεταιριστοὺς ὁπλί-
τας ὡς πεντήκοντα καὶ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου μισ-
θωσάμενοι, ξύμπασιν ὡς τριακοσίοις, Ἀναξάνδρου
Θηβαίου κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἡγουμένου, προσέβα-
λον πρῶτον Μηθύμνῃ· καὶ ἀποκρουσθέντες τῆς
πείρας διὰ τοὺς ἐκ τῆς Μυτιλήνης Ἀθηναίων φρου-
ροὺς προελθόντας, αὖθις ἔξω μάχῃ ἀπωσθέντες
καὶ διὰ τοῦ ὄρους κομισθέντες ἀφιστᾶσι τὴν Ἔρε-
4 *σον. πλεύσας οὖν ὁ Θράσυλλος ἐπ' αὐτὴν πάσαις*
ταῖς ναυσὶ διενοεῖτο προσβολὴν ποιεῖσθαι. προ-
αφιγμένος δ' αὐτόσε ἦν καὶ ὁ Θρασύβουλος πέντε
ναυσὶν ἐκ τῆς Σάμου, ὡς ἠγγέλθη αὐτοῖς ἡ τῶν
φυγάδων αὕτη διάβασις· ὑστερήσας δ' ἐπὶ τὴν
5 *Ἔρεσον ἐφώρμει ἐλθών. προσεγένοντο δὲ καὶ ἐκ*
τοῦ Ἑλλησπόντου τινὲς δύο νῆες ἐπ' οἴκου ἀνα-

πρώτῃ falso omnes praeter Vat. Nam primum *προσέβαλον Μ.*, deinde *ἀφιστᾶσι τὴν Ἔ.*
§ 4. *πᾶσι ταῖς* Vat. F. I. K.
ἦν om. Vat.
ὅτε pro *ὡς* omnes praeter Vat., quo *ὡς* videntur interpretati esse.

Λέσβου adnotavit Dobr. De *γάρ*, si placet, cf. adn. I 31, 2. — **οὐχ οἱ ἀδυνατώτατοι** = *οἱ δυνατώτατοι*. Cf. adn. 48, 1. 63, 3. — **προσεταιριστούς**. „Hoc rarissimum est vocabulum, quod legitur [substantive] apud Dion. Cass. XLII 51, 3." Bloomf. Non rarum est verbum *προσεταιρίζομαι*, sodalem mihi ascisco, socium et adiutorem assumo. Vid. Steph. Thes. Videntur autem illi Cumani Methymnaeorum *κατὰ τὸ ξυγγενές*, cum utrique Aeolenses essent, socii huius expeditionis facti esse. — **κατὰ τὸ ξυγγενές**. Cf. adn. III 2, 3. — **αὖθις**. Reisk. *καὶ αὖθις* maluit. — **διὰ τοῦ ὄρους**. „Est pars iugi per totam septentrionalem insulae partem pertinentis." Bloomf. Methymnae proximus et altissimus mons est Lepetymnus, de quo et reliquis Lesbi montibus vid. Plehn. Lesb. p. 8 sqq.

§ 4. **ὑστερήσας δέ**. Simul audi *αὐτῶν* (*τῶν φυγάδων*).

§ 5. **τινὲς δύο**. Cum Class. offendimus in pron. *τινές*, minus tamen quod tam exiguo numero additum est (cf. III 68, 3. 111, 4. VII 87, 3) quam quod, quanquam ratiocinando cognoscitur has esse Atheniensium naves (nam post Chiorum defectionem ex sociis soli Methymnaei iis naves praebebant, qua de re cf. VII 57, 4. 5), tamen id ipsum, cum verbis non exprimatur, parum significatum est. Accedit quod, si infra, ut demonstrabitur, *πέντε* addendum est, certus ac definitus est harum navium numerus. Cum igitur post Strombichidae discessum (79, 5) Atheniensibus ibi naves non fuerint nisi quae 80,

κομιζόμεναι καὶ Μηθυμναῖαι <πέντε>· καὶ αἱ πᾶσαι νῆες παρῆσαν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα, ἀφ' ὧν τῷ στρατεύματι παρεσκευάζοντο ὡς κατὰ κράτος μηχαναῖς τε καὶ παντὶ τρόπῳ, ἢν δύνωνται, αἱρήσοντες τὴν Ἔρεσον.

ὁ δὲ Μίνδαρος μεταξὺ Λέσβου καὶ

101. Ὁ δὲ Μίνδαρος ἐν τούτῳ καὶ αἱ ἐκ τῆς 1 Χίου τῶν Πελοποννησίων νῆες, ἐπισιτισάμεναι

§ 5. αἱ Μηθυμναῖαι Vat. duabus quae praecesserunt litteris per errorem repetitis. Nam articulus abesse debet, quoniam Methymnaeorum naves antea non sunt commemoratae. Ceterum cf. adn.

Cap. **101.** § 1. αἱ om. It. Vat. Aug. et deteriores aliquot. At respicitur ad eas naves, quas ad Chium appulsas esse 99 extr. audivimus. In Vat. αἱ ante νῆες collocatur, ubi nunc posuit Bekk. Sed ita magis etiam quam in recepta scriptura postea redundant ἐκ τῆς Χίου ante οὐ πελάγιαι, qua de re cf. adn.

4 ex Samo eo missae esse dicuntur, τινές ex φρουρίδες (cf. IV 13, 2) factum esse suspicamur, quod respiceret ad ipsam νεῶν φυλακήν 80, 4 commemoratum, eamque corruptelam inde ortam esse, quod φρουρίδες vocabuli initium evanuisset (cf. ad. 101, 2). Quod Class. miratur in tanto rerum discrimine duas ex Hellesponto naves domum redisse, Athenienses, qui ibi custodiam agebant, Peloponnesiorum classis adventum tum nondum compererant (cf. 102, 1). Idem hanc ob causam falsissime Χῖαι coni. Chios defecisse oblitus. <πέντε> recte addidit Dobr. Nam cum navium ex Hellesponto redeuntium numerus significatus sit, Methymnaearum desideratur. Quas quinque fuisse apparet. Thrasyllus enim profectus erat LV navibus § 1; ei se adiunxit Thrasybulus cum quinque navibus § 4 (quare Diodorus XIII 38, 6 sexaginta commemorat), desunt igitur, ut LXVII Thucydidis, quarum statim mentio fit, efficiantur, septem, quae sunt duae ex Hellesponto redeuntes et Methymnaeae quinque. Sed forsitan credideris articulo ex Vat. recepto non opus esse numerali, si Methymnaeis non plures quam quinque naves omnino fuisse statuatur. At cum Atheniensibus II 56, 2 auxilio venerint quinquaginta Lesbiorum et Chiorum naves, ex his autem maior pars sine dubio Lesbiorum fuerit, inter triginta fere horum naves non probabile est quinque tantum Methymnaeorum fuisse, praesertim cum ex Lesbi civitatibus soli Mytilenaei et Methymnaei naves habuisse videantur (cf. Boeckh. Oec. civ. III additam p. VIII). Ac ne tum quidem omnes Lesbiorum et Chiorum naves cum Atheniensium classe videntur fuisse. Certe ipsi Chii 61, 3 triginta sex navibus contra Athenienses pugnant. — αἱ πᾶσαι. De articulo vid. adn. I 60, 1. 100, 1. — ἀφ' ὧν . . . παρεσκευάζοντο] ἀφ' ὧν δηλαδὴ νεῶν τοὺς στρατιώτας παραλαβόντες παρεσκευάζοντο. Schol.

Cap. **101.** § 1. αἱ ἐκ τῆς Χίου pro αἱ ἐν τῇ Χ. propter ἀπαίρουσιν. Cf. adn. I 8, 2. — δυοῖν ἡμέραιν, intra duos dies. Cf. adn. V 14, 3. Dativus, quem libri praebent, explicatio-

δυοῖν ἡμέραιν καὶ λαβόντες παρὰ τῶν Χίων τρεῖς τεσσαρακοστὰς ἕκαστος Χίας, τῇ τρίτῃ διὰ ταχέων ἀπαίρουσιν ἐκ τῆς Χίου, ⟨οὐ⟩ πελάγιαι, ἵνα μὴ πε-

τῆς ἠπείρου πλεύσας Θράσυλλον λαθὼν ἀφικνεῖται ἐς Ῥοί-

δυσὶν ἡμέραις codd. Sed *δυσίν* ab Atticorum sermone alienum est iidemque *δυοῖν* cum duali iungunt. Emend. Lob. ad Phryn. 211. Herw. Stud. p. 134. Cf. Weckl. Cur. epigr. p. 16. 29. Vide praeterea adn.

nem non habet. — *τρεῖς τεσσαρακοστὰς ... Χίας.* „Scholiastes Thucydidis dicit *τεσσαρακοστάς* . . ., esse *ἀρχαῖα νομίσματα ἐπιχώρια* Chiorum: ad quae Portus adnotat fortassis ita dictum fuisse hunc nummum, quod esset quadragesima pars nummi alicuius ignoti. Huic coniecturae acquiescam.“ Duk. „Denominationis causa confer *ἕκτας Φωκαΐδας*. Vid. Inscript. in Append. ad Boeckh. Oec. civ. II p. 254 sq. Qualis nummus fuerit, conici tantum potest. Si fuit quadragesima pars stateris, circiter tres obolos valuerit et tota summa stipendium fuerit tridui, si sumantur terni in singulos dies oboli.“ Arn. Sed Hultsch. Metr. p. 131. 262 suspicatur eum nummum fuisse quadragesimam minae Atticae. Ita si fuit, singuli drachmas septem et dimidiam acceperunt, id est quindecim dierum stipendium. — *ἐκ τῆς Χίου* post interposita membra iteratum ita additur, quasi antea scriptum sit *αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες.* — *πελάγιαι*, in apertum mare inter Chium et Lesbum, per quod navigantes Ereso oppido appropinquassent ad Lesbi oram Chio oppositam sito. Contrarium est infra *ἐπὶ τὴν ἤπειρον.* Negationem propter *ἀλλά* quod sequitur necessariam addidit Haack. Sed Grot. in Hist. [Gr. VIII p. 137 sqq. (vers. Germ. IV p. 387 sq.) librorum scripturam defendere conatur opinatus Mindarum a Chio urbe meridiem versus profectum insulam circumnavigavisse et, cum oram eius occidentalem versus apertum mare sitam praetervectus latus septentrionale attigisset, orientem versus ad continentem iter direxisse. Nam si per maris inter Chium et continentem angustias profectus esset, eadem regione qua Thrasyllus exspectaret eum navigaturum fuisse; deinde vix fieri potuisse quin in eo itinere a Thrasylli speculatoribus et Atheniensium in Delphinio praesidio (38, 2. 40, 3) conspiceretur. Sed hae causae nullae sunt. Primum enim non necesse est Thrasyllum de Mindari itinere falsa suspicatum esse, et revera hunc, ut Thrasyllus exspectaverat (100, 2), inter Lesbum et continentem cursum direxisse neque diverso, sed nocturno itinere eius speculatores fefellisse proxima narratione cognoscitur; speculatores autem Thrasylli non ad maris inter Chium et continentem angustias, sed in Lesbo et continenti exadversum hanc insulam sito custodias agebant (100, 2); Delphinii denique praesidium Mindarum evitare potuisse, si Chio urbe relicta maxime dextrorsum cursum per angustias teneret, Kieperti (Atl. Graec. et col.) tabula ostendit. Prorsus autem ideo repudianda est Grotii opinio, quod non solum *ἀλλά* explicationem non habet, sed etiam nudum *πελάγιαι* indicare non potest Mindarum Chium meridiem versus circumnavigasse et deinde occidentalem eius oram praetervectum esse (hoc enim, ut intellegeretur, fusius et clarius explicandum erat) et *πελάγιαι* esse eae naves dicuntur, quae ipsum apertum mare petunt (cf. 39, 3. 44, 3. 60, 3), non quae

τειον καὶ Σίγειον τοῦ Ἑλλησπόντου.

ριτύχωσι ταῖς ἐν τῇ Ἐρέσῳ ναυσίν, ἀλλ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λέσβον ἔχοντες ἔπλεον ἐπὶ τὴν ἤπειρον.
καὶ προσβαλόντες τῆς Φωκαΐδος ἐς τὸν ἐν Καρ- 2
τερίοις λιμένα καὶ ἀριστοποιησάμενοι, παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν δειπνοποιοῦνται ἐν Ἀργινούσσαις [τῆς ἠπείρου], ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μυτιλήνης. ἐντεῦθεν δὲ ἔτι πολλῆς νυκτὸς παραπλεύ- 3
σαντες [τὴν Κυμαίαν] καὶ ἀφικόμενοι τῆς ἠπείρου ἐς Ἁρματοῦντα καταντικρὺ Μηθύμνης, ἀριστοποιησάμενοι διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λεκτὸν καὶ

§ 2. δειπνοποιοῦντες E., coenavere Valla; reliqui codd., ut videtur, omnes περαιοῦνται factum ex δειπνοποιοῦνται postquam huis vocabuli initium evanuit.

Ἀργενούσσαις Vat., reliqui Ἀργεννούσαις aut Ἀργινούσαις. Nomen derivatur ab adiectivo ἀργινόεις; non exstat ἀργεννόεις, sed ἀργεννός.

§ 3. τὴν Κυμαίαν recte om. Valla ex superioribus temere illatum.

Λέκτον Vat. Aug. M. m. cum deterioribus aliquot. Cf. Herodian. I p. 390.

oram ad apertum mare sitam legunt. — ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λ. ἔχοντες, scil. cum septentrionem versus maris inter Chium et continentem angustias evasissent.

§ 2. προσβαλόντες. Cf. adn. VI 4, 5. VIII 35, 2. — Καρτερίοις. Parum accurate Plin. Hist. nat. V 38, 138 eam insulam esse dicit iuxta Smyrnam sitam. Si aliquid veri in eius testimonio est, insula certe fuit. — Ἀργινούσσαις. Τρεῖς οὐ μεγάλαι νῆσοι, πλησιάζουσαι τῇ ἠπείρῳ, περικείμεναι δὲ ταῖς Κάναις. Strab. p. 617. Μεταξὺ Μυτιλήνης καὶ Κύμης Diod. XIII 97, 3. Cf. Forbig. Geogr. II p. 167. — [τῆς ἠπείρου]. „Ista verba si genuina, ex hoc loco colligendum Arginusis insulis ex adverso positum cognomine fuisse in continente oppidum [a Diod. l. l. in insulis collocatum], quemadmodum Sybota portus Sybotis insulis opposita fuerunt I 47. 50. Et hanc quidem sententiam confirmare videtur Aristophanis scholiastes ad Ran. 33 [ubi Arginusam πόλιν τῆς Αἰολίδος] et 698 [ubi κώμην τῆς Αἰολίδος vocat.] Sed huic, etiamsi, quod tamen dubitari potest, dicere voluerit eius nominis oppidum fuisse in continente, non multum fidei tribuerim, cum in eis, quae exhibet, ignorantiae vestigia sint satis manifesta.“ Krueg. ad Dion. p. 306 sq. Attamen in eo quod schol. Arginusam κώμην vel πόλιν τῆς Αἰολίδος dicit nulla cernitur ignorantia. Nam Aeolidis nomen etiam ad adiacentes insulas pertinet, quemadmodum apud Herod. I 151 αἱ ἠπειρώτιδες Αἰολίδες πόλιες et αἱ τὰς νήσους ἔχουσαι distinguuntur. Nullum igitur cum sit Arginusae oppidi in continente siti vestigium, τῆς ἠπείρου ex § 3 huc irrepsit.

§ 3. ἔτι πολλῆς νυκτός. De hoc usu vocabuli πολύς ne Latinis quidem ignoto cf. Baehr. ad Plut. Pyrrh. 32 et Steph. Thes. VI p. 1418. — Ἁρματοῦντα. Hoc oppidum alibi non memoratur. — Λεκτόν. Promunturium notissimum, de quo cf. Forbig.

Λάρισαν καὶ Ἁμαξιτὸν καὶ τὰ ταύτῃ χωρία ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοίτειον ἤδη τοῦ Ἑλλησπόντου, πρῴτερον μέσων νυκτῶν. εἰσὶ δ' αἳ τῶν νεῶν καὶ ἐς Σίγειον κατῆραν καὶ ἄλλοσε τῶν ταύτῃ χωρίων.

1 102. *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ δυοῖν δεούσαις εἴκοσι ναυσὶν ὄντες, ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον καὶ ᾐσθάνοντο τὰ πυρὰ ἐξαίφνης πολλὰ ἐν τῇ πολεμίᾳ φανέντα, ἔγνωσαν ὅτι ἐσπλέουσιν οἱ Πελοποννήσιοι. καὶ τῆς αὐτῆς ταύτης νυκτὸς ὡς εἶχον τάχους ὑπομίξαντες τῇ Χερσονήσῳ παρέπλεον ἐπ' Ἐλαιοῦντος, βουλόμενοι ἐκπλεῦσαι ἐς τὴν εὐρυχωρίαν [τὰς τῶν πολε-*
2 *μίων ναῦς]. καὶ τὰς μὲν ἐν Ἀβύδῳ ἑκκαίδεκα ναῦς ἔλαθον **, προειρημένης φυλακῆς τῷ φιλίῳ ἐπί-*

οἱ μὲν οὖν ἐκ Σηστοῦ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν εὐρυχωρίαν φεύγουσι τέσσαρας ναῦς ἀποβαλόντες, Μίνδαρος δὲ ταῖς ἐξ Ἀβύδου σφετέραις ναυσὶ ξυμμίσγει.

Λάρισσαν codd. Cf. II 22, 3. IV 78, 2.
Ῥοίτιον Vat. Pal. Aug. M. cum aliis. Cf. IV 52, 2 et Herodian. I p. 371.
πρωϊαίτερον M. Cl. Ven., *πρότερον* D., *πρωΐτερον* reliqui. Cf sd. VII 19, 1.

Geogr. II p. 114. — *Λάρισαν καὶ Ἁμαξιτόν.* Ex huius descriptionis ordine, quem eundem sequitur Xen. Hist. Gr. III 1, 13, haec Larissa (distinguenda ab Larissa Phriconide prope Cymen sita) Lecto propior iudicari debet, quanquam Hamaxitus Lecto subiacens (*ὑποκειμένη*) dicitur a Strabone et idcirco situs locorum in tabulis geogr. vulgo invertitur. Ceterum de his oppidis add. Forbig. l. d. p. 140. — *Σίγειον.* Eo universam classem venisse neglegentius narrat Diod. XIII 39, 1.

Cap. **102.** § 1. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ... Σηστῷ.* Respicitur ad classem, de qua narratum est 80, 4. — *φρυκτωροὶ ἐσήμαινον.* Cf. adn. II 94, 1. III 22, 7. 80, 2. — *ὑπομίξαντες τῇ Χερσονήσῳ.* *Ἐγγίσαντες* recte explicat schol. Intransitive dictum est ut saepius *ξυμμίσγειν* (I 49, 1. 50, 2. 62, 5). — *παρέπλεον ἐπ' Ἐλαιοῦντος.* Vid. Diod. XIII 39, 2 *Ἐλαιοῦς* est urbs in meridionali Chersonesi parte sita. — *βουλόμενοι ἐκπλεῦσαι κ. τ. λ.* „*Ἀντὶ τοῦ ἐκπλεύσαντες διαφυγεῖν.*" Schol. „Non dubito, quin a schol. recte haec explicata sint, etsi loquendi genus durissimum et confusum est." Arn. Conferunt II 90, 5 *ὑπεκφεύγουσι τὸ κέρας τῶν Πελοποννησίων καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν* et III 34, 2 *ὑπεξελθόντες τούτους.* Sed his exemplis pari modo dictum esse *ἐκπλεῖν* minime demonstratur. Secuti igitur sumus Dobr. delentem *τὰς ... ναῦς* „utpote schol. ad *ναῦς* quod mox sequitur."

§ 2. *τὰς ... ἑκκαίδεκα ναῦς.* Vid. 99 extr. — *προειρημένης ... ἐπίπλῳ*] *καίτοι προειρημένου τοῖς ἐν τῇ Ἀβύδῳ ὑπὸ τοῦ φιλίου ἐπίπλου, τουτ-*

πλῳ, ὅπως αὐτῶν ἀνακῶς ἕξουσιν, ἢν ἐκπλέωσι· τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου ἅμα τῇ ἕῳ κατιδόντες τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιουμένας οὐ φθάνουσι πά-

Cap. 102. § 2. ποιούμενοι codd. Cf. adn. πάσας Vat. Reg., πᾶσαι reliqui. Emend. Reisk.

ἐστιν ὑπὸ τοῦ στόλου τοῦ μετὰ Μινδάρου, ὅπως παραφυλάττωσι τοὺς Ἀθηναίους, ὑπὲρ τοῦ μὴ λαθεῖν αὐτοὺς ἐκπλεύσαντας. Schol. Cum autem alibi (I 45, 3. II 84, 1. IV 128, 1. V 30, 5. VI 65, 1. VIII 69, 3), ut Class. animadvertit, dativus cum προειπεῖν vel προειρῆσθαι iunctus eum significet, cui aliquid mandetur vel mandatum sit, non solum durissima est haec structura, sed obscurior quam quae ferri posse videatur. Itaque Class. τὸν ἐπίπλουν Thrasylli classem esse putat, cui antea Athenienses qui ad Sestum erant mandaverint, ut sibi, si stationem relinquerent, praesidio esset. Sed nulla ratione cohaeret hoc mandatum cum clandestina duodeviginti navium profectione. Neque Thrasylli classis ἐπίπλους dici potest, quoniam hoc tempore non adnavigabat, sed Eresum obsidebat (cf. 103, 2). Itaque dubitari nequit quin ὁ φίλιος ἔκπλους sit Mindari classis, cui custodia mandata fuerit a sedecim Peloponnesiorum navibus, quae Abydi in statione erant. Cum autem, si ita verba intellegimus, non magis ulla ratio iis intercedat cum enuntiatione primaria, cui subiecta sunt, neque ulla facile litterarum mutatione eorum conexus restitui posse videatur, interisse ea credimus quibus hic contineretur. Exciderunt igitur ἀμελεστέρον ἐπιτηρούσας vel similia. Ita enim indicatur eos qui in sedecim Peloponnesiorum navibus Abydi erant neglegentius observasse confisos Athenienses naves, si in apertum mare eveherentur, Mindari custodiam effugere non posse. Contortam Grotii explicationem l. l. p. 145 sqq. (vers. Germ. 390 sq.) traditis verbis prorsus repugnantem merito repudiavit Class. „Abstractum ἐπίπλους pro concreto ἐπιπλέουσι positum simile est locutionibus iam adnotatis IV 128, 1. V 23, 4. VIII 64, 4.“ Arn. „Add. II 90, 2 μὴ διαφύγοιεν πλέοντα τὸν ἐπίπλουν σφῶν οἱ Ἀθηναῖοι.“ Goell. Bene στόλου vocem in explicatione substituit schol. — — ἀνακῶς] ἀντὶ τοῦ προνοητικῶς καὶ φυλακτικῶς. Schol. Hesych. ἀνακῶς· ἐπιμελῶς, πεφροντισμένως. Cf. Herod. I 24. VIII 109. Plut. Thes. 33. — τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιουμένας. „Valla vertit: e vestigio fugae se mandarunt, Acacius: protinus in fugam effusae. Hoc improbat Stephanus in Thes. [v. δίωξις] et scribit δίωξιν ποιεῖσθαι non eos dici, qui fugae se mandant, sed qui hostes persequuntur. Idem sensit Portus. Utraque sententia difficultatem habet; nam et insolens est, ut δίωξις de fugientibus dicatur, quod ipse Thucydides cap. sequ. sine dubio de eadem re agens de persequentibus dicit. et rursus, si hoc de Mindari navibus accipias, laborabit structura nec erit quo nominativus ποιούμενοι [cf. sd.] referatur, pro quo dicendum erat ποιουμένων, scil. τῶν μετὰ τοῦ Μινδάρου νεῶν.“ Duk. Vitiosa est igitur vulgata, et ποιουμένων coniecit Haack., ποιουμένου Krueg. ad Dion. p. 319 et Dobr., δίωσιν pro δίωξιν Herbst. de reditu Alcib. p. 38, ποιουμένας Class. Ex quibus Herbstii coniectura aperte falsa est, quod haec ipsa res 103, 2 verbis ἐν τῇ διώξει significatur.

σαις, ἀλλ' αἱ μὲν πλείους ἐπὶ τῆς Ἴμβρου καὶ Λήμνου διέφυγον, τέσσαρες δὲ τῶν νεῶν αἱ ὕσταται πλέουσαι καταλαμβάνονται παρὰ τὸν Ἐλαιοῦντα.
3 καὶ μίαν μὲν ἐποκείλασαν κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου αὐτοῖς ἀνδράσι λαμβάνουσι, δύο δὲ ἑτέρας ἄνευ τῶν ἀνδρῶν· τὴν δὲ μίαν πρὸς τῇ Ἴμβρῳ κενὴν κατακάουσι.

1 103. *Μετὰ δὲ τοῦτο ταῖς τε ἐξ Ἀβύδου ξυμμιγείσαις καὶ ταῖς ἄλλαις, ξυμπάσαις ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, πολιορκήσαντες Ἐλαιοῦντα ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς οὐ προσεχώρει, ἀπέπλευσαν ἐς Ἄβυδον.*

Ἴμβρου Vat. Cl. Ven., reliqui *ἠπείρου*. Sed *Ἴμβρου* extremis proximi cap. verbis valide firmari iam Duker adnotavit idemque pluribus rationibus stabilivit Haack., docens et locorum atque persecutionis natura posci et in vulgata ipsum *ἠπείρου* vocabulum esse obscurius.

§ 3. *κατακαίουσι* libri. Cf. sd. 39, 3.

Ex reliquis lenissima est Kruegeri, ad sententiae conformationem aptissima Classeni. Hanc praeferimus et ipsam satis facilem, cum vitium ab iis commissum sit qui participium perperam ad *οὐ φθάνουσι* referrent. Idem vitium sanavimus V 36, 1, ubi cf. adn. Miramur Class., quod cum schol. maluit *δίωξιν* fugam esse quam suam coniecturam recipere. Nam etiamsi haec substantivi *δίωξις* significatio ex vi intransitiva verbi *διώκειν* manare posset (affert Aesch. Sept. 91, locum metri vitio laborantem, ubi Dind. *διώκων* expunxit, Weilius ei *πόδα* addidit, ut vim transitivam agitandi haberet, et Eum. 403, ubi item sensu transitivo *διώκουσα πόδα* legitur), tamen 103, 2 *ἐν τῇ διώξει*, quod huc respiciat eandemque rem significet, clarissime ostendit *δίωξιν* hic ut ubique apud Th. esse persecutionem. — *παρά*, iuxta, coniungitur, ut verborum collocatio ostendit, cum *καταλαμβάνονται*. De hac vi praep. *παρά* cf. sd. VI 57, 3. Sine necessitate igitur Dobr. ei *περί* substituere voluit. — *τὸν Ἐλαιοῦντα.* Masculine dici testatur Strabo p. 331 fr. 58 (cf. Herodot. VI 140 et infra 107, 2), femininum tamen faciunt Scymnus Chius et alii.

§ 3. *κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου.* Cf. Lucian. Deorum conc. 12 *Ἕκτορι θύουσιν ἐν Ἰλίῳ καὶ Πρωτεσιλάῳ καταντικρὺ ἐν Χερρονήσῳ* Paus. I 34, 2. Herodot. VII 33. IX 116. — *τὴν δὲ μίαν*, i. e. unam reliquam, igitur quartam.

Cap. **103.** § 1. *ταῖς τε . . . ὀγδοήκοντα.* *Αἱ ἄλλαι* sunt Mindari naves. „Ipse enim Mindarus naves adduxerat LXXIII, Abydi erant XVI [99]. Sed duae e Mindari classe hoc ipso tempore ab Atheniensibus captae sunt [§ 2], una nescio quo missa videtur, nisi tres captas esse Diodoro credendum est XIII 39, 2. Constat igitur ratio." Krueg. ad Dion. p. 308. Nisi veri esset simillimum in Th. libris § 2 *δύο* errore pro *τρεῖς* scriptum esse, unam tempestate (99) perisse putaremus.

οἱ Ἀθηναῖοι πᾶν τὸ περὶ Λέσβον καὶ Ἴμβρον ναυτικὸν ἐς Ἐλαιοῦντα ξυναγείρουσι.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ψευσθέντες τῶν σκοπῶν καὶ 2 οὐκ ἂν οἰόμενοι σφᾶς λαθεῖν τὸν παράπλουν τῶν πολεμίων νεῶν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν τειχομαχοῦντες, ὡς ᾔσθοντο, εὐθὺς ἀπολιπόντες τὴν Ἔρεσον κατὰ τάχος ἐβοήθουν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ δύο τε ναῦς τῶν Πελοποννησίων αἱροῦσιν, αἳ πρὸς τὸ πέλαγος τότε θρασύτερον ἐν τῇ διώξει ἀπάρασαι περιέπεσον αὐτοῖς, καὶ ἡμέρᾳ ὕστερον ἀφικόμενοι ὁρμίζονται ἐς τὸν Ἐλαιοῦντα καὶ τὰς ἐκ τῆς Ἴμβρου ὅσαι κατέφυγον κομίζονται καὶ ἐς τὴν ναυμαχίαν πέντε ἡμέρας παρεσκευάζοντο.

μετὰ δὲ τοῦτο ναυμαχοῦσι. τάξις ἑκατέρων.

104. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐναυμάχουν τρόπῳ τοιῷδε. 1 οἱ Ἀθηναῖοι παρέπλεον ἐπὶ κέρως ταξάμενοι παρ' αὐτὴν τὴν γῆν ἐπὶ τῆς Σηστοῦ, οἱ δὲ Πελοπον-

§ 2. **ψευσθέντες τῶν σκοπῶν.** Vid. 100, 2. „Sententia videtur proprie haec esse: falsi fide speculatorum." Krueg., qui comparat Lys. XIX 49 φαινόμεθα τῶν ἀρχαιοπλούτων πολὺ ἐψευσμένοι et Xen. Mem. IV 2 ,26. Add. Plat. Menex. 245c τῶν μὲν ἄλλων ξυμμάχων ἐψεύσθη. Nos: *welche sich in den Spähern getäuscht hatten.* — **ἀλλὰ ... τειχομαχοῦντες.** Frustra Class. contrarium desiderans ἀλλά delet. Dicit enim opinionem Atheniensium proxime antea memoratam non secutam esse eorum fraudem, sed hanc fraudem ea opinione explicari, eventum fraudis solis verbis **καθ' ἡσυχίαν τειχομαχοῦντες** contineri. Sed hoc argutius quam verius disputatum est. Nam revera ex falsa Atheniensium fide falsa eorum opinio orta est. Nam nisi praeter ea, quae revera evenerunt, speculatoribus confisi essent, non putassent hostium classem clam se non praetervecturam esse. Contrarium autem in eo vertitur quod, si aliter existimassent, non cum securitate Eresum oppugnassent. De comparata hac oppugnatione cf. 100, 5. — **δύο.** Diod. **τρεῖς.** Vid. ad § 1. — **ἐν τῇ διώξει.** Eadem est, quam Th. memoravit 102, 2. Huc igitur **τότε** respieit. Sequitur has Peloponnesiorum naves captas esse, antequam eorum classis congregaretur (103, 1, ubi cf. adn.). — **ἡμέρᾳ ὕστερον.** Sic Latine anno post non addito uno dici solet. Cf. ἡμέραν IV 114, 2. — **ἐκ τῆς Ἴμβρου.** Itaque quae ex duodeviginti Atheniensium navibus Lemnum confugerant (102, 2), ibi manserunt, sine dubio quod remotior erat haec insula quam ut inde in pugnam acciri possent. Quot naves apud Lemnum fuerint, quot ab Imbro in pugnam venerint, cognoscitur ex 104, 2, ubi vide adn. — **τὴν ναυμαχίαν.** Addito articulo significatur id proelium navale quod commissuri erant.

Cap. **104.** § 1. **ἐναυμάχουν.** Nihil hanc pugnam navalem differre ab illa, quae in Xen. Hist. Gr. I 1, 2—7. narrata sit, mira est suspicio Peteri Comment. crit. de Xen. Hell. p. 16 sqq. refutata in Commentar. antiqu. stud. a. 1837 p. 1020 sq. — **ἐπὶ κέρως.** Cf. adn. II 90, 4. VI 50, 4.

νήσιοι αἰσθόμενοι ἐκ τῆς Ἀβύδου ἀντανῆγον καὶ
2 αὐτοί. καὶ ὡς ἔγνωσαν ναυμαχήσοντες, παρέτειναν τὸ κέρας οἱ μὲν Ἀθηναῖοι παρὰ τὴν Χερσόνησον, ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἰδάκου μέχρι Ἀρριανῶν, νῆες ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Δαρδάνου, νῆες ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα.

Cap. 104. § 2. ἑβδομήκοντα Vat. It. Pal. Aug. M. Cass. corr. Cl. Ven., vulgo ὀγδοήκοντα. Cf. adn.

ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα Cl. Ven., reliqui ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα. Cf. adn.

§ 2. παρέτειναν. „Exporrexerunt, explicaverunt. Artis vocabulum in re militari. Cf. Xen. Anab. VII 3, 28." Bloomf. — ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἰδάκου μέχρι Ἀρριανῶν. „Athenienses classem extendebant ab Idaco usque ad Arrhiana, navigando scil. ab Arrhianis, quae extra Cynossema puto, Idacon versus." Dobr. De ἄρξασθαι μέχρι cum emphasi dicto cf. adn. I 71, 4. „De Idaco et Arrhianis silent veteres." Wass. Cum Athenienses in Propontidem versus ex mari Aegaeo navigarent, Idacum propiorem Aegaeo fuisse, Arrhianos (vel Arrhiana) longius in Hellespontum Sestum et Propontidem versus spectasse Arnoldo videtur apparere; cuius sententiam probabiliorem putamus. — νῆες ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα. Codd. deteriorum scriptura ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ideo falsa est, quod, etiamsi omnes duodeviginti quae ad Sestum fuerunt (102, 1) naves septem et septuaginta navium classi, quae Eresum obsederat (100, 5. 103, 2), accessissent, tamen minor numerus evaderet. Accedit quod aliquanto maiorem fuisse Peloponnesiorum classem necesse est. Nam medio agmine pauciores fuisse Atheniensium naves 104, 5 et, si non utroque, at altero cornu superasse numero, cum in altero non pauciores essent, Peloponnesii 105, 2 dicuntur. Peloponnesiorum autem naves, ut mox demonstrabitur, item sex et octoginta fuerunt, et etiamsi, ut apud Diod. XIII 39, 2 et in duobus deterioribus libris traditur, octo et octoginta fuissent, tamen Th. descriptioni vix convenit eorum classem duabus tantum navibus maiorem fuisse quam Atheniensem. Recte autem se habet optimorum librorum numerus, si ex duodeviginti navibus quinque Lemnum confugerunt neque inde in pugnam venerunt (102, 2. 103, 2, ubi cf. adn.). Ita enim, cum ex iisdem quattuor captae essent (102, 2), septem et sexaginta navibus, quae Eresum oppugnaverant, novem ab Imbro arcessitae (103, 2) accesserunt. Maxime fallitur computatione Herbst. de red. Alc. p. 56, qui deteriorem scripturam in praestantissimis libris legi opinatus tueri studet. — Δαρδάνου. Strab. p. 595 ἡ Δάρδανος κτίσμα ἀρχαῖον, οὕτω δ' εὐκαταφρόνητον ὥστε πολλάκις οἱ βασιλεῖς οἱ μὲν κατῴκιζον αὐτὴν εἰς Ἄβυδον, οἱ δὲ ἀνῴκιζον πάλιν ἐς τὸ ἀρχαῖον κτίσμα. Cf. interpr. Hom. Il. II 216 (ubi Δαρδανίη), Forbig. Geogr. ant. II p. 137. — ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. Eundem hic numerum esse necesse est atque 103, 1. Nam ibi iam a congregatarum navium summa deductae sunt duae vel tres ab Atheniensibus

κέρας δὲ τοῖς μὲν Πελοποννησίοις εἶχον τὸ μὲν 3
δεξιὸν Συρακόσιοι, τὸ δ' ἕτερον αὐτὸς Μίνδαρος καὶ τῶν νεῶν αἱ ἄριστα πλέουσαι, Ἀθηναίοις δὲ τὸ μὲν ἀριστερὸν Θράσυλλος, τὸ δὲ δεξιὸν Θρασύβουλος· οἱ δὲ ἄλλοι στρατηγοὶ ὡς ἕκαστοι διετάξαντο. ἐπειγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων πρό- 4
τερόν τε ξυμμῖξαι, καὶ κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν τῶν Ἀθηναίων ὑπερσχόντες αὐτοὶ τῷ εὐωνύμῳ ἀποκλῇσαι τοῦ ἔξω αὐτοὺς ἔκπλου, εἰ δύναιντο, κατὰ δὲ τὸ μέσον ἐξῶσαι πρὸς τὴν γῆν οὐχ ἑκὰς οὖσαν, οἱ Ἀθηναῖοι γνόντες, ᾗ μὲν ἐβούλοντο ἀποφράξασθαι αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι, ἀντεπεξῆγον καὶ περιεγίγνοντο τῷ πλῷ· τὸ δ' εὐώνυμον αὐτοῖς 5
ὑπερεβεβλήκει ἤδη τὴν ἄκραν ἣ Κυνὸς σῆμα κα-

διάνοια ἑκατέρων.

§ 3. *τὸ δεξιὸν* Vat.
ὁ δὲ Θρασύβουλος τὸ δεξιὸν omnes praeter Vat. Quod noli propter chiasmum praeferre. Nam ipsum dextrum cornu sinistro ut antea respondere debet.
§ 5. *ὑπερεκβεβλήκει* Aug. Pal. Cass. m. T.

captae naves (103, 2). Cf. adn. 103, 1. Nullo modo Th. narrationi convenit quod Diod. l. l. Peloponnesiorum classem *νεῶν δυοῖν ἔλαττον τῶν ἐνενήκοντα* fuisse refert, qui idem numerus in Cl. et Ven. traditus est. Nam sive duae sive tres captae de undenonaginta navium summa (99) deductae sunt (cf. adn. 103, 1), minor numerus restat.

§ 3. *Συρακόσιοι.* Duce Hermocrate. Cf. Diod. XIII 39, 3 et Krueg. ad Dion. p. 321 sq. — *τὸ μὲν ἀριστερὸν Θράσυλλος, τὸ δὲ δεξιὸν Θρασύβουλος.* Rem invertit Diod. XIII 39, 4. Cf. Krueg. l. d.

§ 4. *ὑπερσχόντες αὐτοί.* „Est confusio constructionis verborum; nam debebat esse *ὑπερσχόντων*; sed fortasse Thucydides indicare cupiebat hoc participium non respondere superiori *ἐπειγομένων*, [sed eum *ἀποκλῇσαι* cohaerere] et verba *εἰ δύναιντο*, quae proxime sequuntur, effecerunt, ut nominativum participii iis accommodaret. Si substituerimus *καὶ ὅπως ἀποκλήσειαν* pro *ἀποκλῇσαι* [sive potius *ἐπεὶ ἠπείγοντο οἱ Πελοποννήσιοι* pro *ἐπειγομένων τῶν Πελοποννησίων*], quomodo nominativus in enuntiationem recipi potuerit, videbimus. Cf. V 41, 2 *ἔπειτα δ' οὐκ ἐώντων Λακεδαιμονίων ... ἀλλ' ἑτοῖμοι εἶναι.*" Arn. Cf. ibi adn. — *ἀντεπεξῆγον.* Recte Haas.: aciem contra extendebant. Respondet ei *ἡ ἐπεξαγωγὴ τοῦ κέρως* 105, 3, quam recte Dukas *τὸ ἐπεκτείνεσθαι* explicat. Cf. adn. V 71, 3. — *περιεγίγνοντο τῷ πλῷ*, navigando superiores erant, i. e. hostes eos intercludere volentes anteveniebant.

§ 5. *τὴν ἄκραν ... Κυνὸς*

λεῖται· τῷ δὲ μέσῳ, τοιούτου ξυμβαίνοντος, ἀσθενέσι καὶ διεσπασμέναις ταῖς ναυσὶ καθίσταντο, ἄλλως τε καὶ ἐλάσσοσι χρώμενοι τὸ πλῆθος καὶ τοῦ χωρίου τοῦ περὶ τὸ Κυνὸς σῆμα ὀξεῖαν καὶ γωνιώδη τὴν περιβολὴν ἔχοντος, ὥστε τὰ ἐν τῷ ἐπ' ἐκεῖνα αὐτοῦ γιγνόμενα μὴ κάτοπτα εἶναι.

1 105. Προσπεσόντες οὖν οἱ Πελοποννήσιοι κατὰ τὸ μέσον ἐξέωσάν τε ἐς τὸ ξηρὸν τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἐς τὴν γῆν ἐπεξέβησαν, τῷ ἔργῳ
2 πολὺ περισχόντες. ἀμῦναι δὲ τῷ μέσῳ οὔθ' οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ὑπὸ πλήθους τῶν ἐπικειμένων νεῶν ἐδύναντο οὔθ' οἱ περὶ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου (ἀφανές τε γὰρ ἦν διὰ τὴν ἄκραν [τὸ Κυνὸς σῆμα] καὶ ἅμα οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ἄλλοι οὐκ ἐλάσσους ἐπιτεταγμένοι εἶργον αὐτούς), πρὶν οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι.
3 γνόντες δὲ οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον, τὰς ἐπὶ

οἱ Πελοποννήσιοι τὴν πρώτην νικήσαντες ἔπειτα ταραχθέντες νικῶνται.

Cap. **105.** § 2. *ἀφανέστερα γὰρ* It. Pal. Aug., *ἀφανεστερὸν γὰρ* Cass. T.

διώκοντες Vat. It. Aug. M. Cass. Ven. corr. Cl. T. marg. Pal. Pari vitio *ἀναστρέφοντες* Vat. pro *ἀναστρέφεσθαι* IV 35, 1. Cf. adn. IV 63, 1. Idem atque *διὰ τὸ . . . διώκειν* valet *διὰ τὸ κρατῆσαι . . . διώκοντες*, quod Class., si quicquam mutandum sit (at nos nihil mutamus), mavult.

σῆμα. De huius situ cf. Strab. p. 331 fr. 56. Vocatur etiam *Ἑκάβης μνημεῖον*, qua de re praeter Strab. l. l. cf. Eurip. Hec. 1271 sqq. Diod. XIII 40, 6. — *περιβολήν. Τὸ προκύπτον ἐς θάλασσαν ὃ ἔδει τοὺς Ἀθηναίους περιβαλεῖν* explicat Dukas. Anfractum Haas. — *ἐν τῷ ἐπ' ἐκεῖνα.* Cf. adn. VII 58, 1.

Cap. **105.** § 1. *προσπεσόντες . . .* In descriptione pugnae copiosus est, sed simul a Thucydide dissentit Diod. XIII 40. — *περισχόντες*] *ἤγουν περιγενόμενοι, κρείττονες γενόμενοι.* Schol. Cf. adn. V 7, 3.

§ 2. *ἀφανὲς . . . ἦν.* Portus: *res* ab iis cerni non poterat. Cf. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 13. — *τὴν ἄκραν* [*τὸ Κυνὸς σῆμα*]. Dici quidem ita potest (cf. I 46, 3 *ἡ ἄκρα τὸ Χειμέριον*), sed cum modo appellata sit haec ipsa *ἄκρα*, additum *τὸ Κυνὸς σῆμα* languet. Del. Herw. l. l. p. 110.

§ 3. *γνόντες . . . ἐπεχούσας.* Vulgo accusativos *τὰς . . . ἐπεχούσας* cum *γνόντες* iungentes *ἐπέχειν* interpretabantur cursum inhibere. In qua inter-

σφίσι ναῦς ἐπεχούσας, παυσάμενοι τῆς ἐπεξαγωγῆς ἤδη τοῦ κέρως καὶ ἐπαναστρέψαντες εὐθύς, ἠμύναντό τε καὶ τρέπουσι, καὶ τὰς κατὰ τὸ νι-

§ 3. ἔτι ἐχούσας It. Pal. Aug. Cass. γρ. Vat. ἠμύναντο Vat. I. K. Ar. Chr., quod ob εὐθύς et praesens τρέπουσι praestat vulgato ἠμύνοντο.

pretatione „quaeritur, quid effecerit, ut hostes cursum inhiberent. Si de medio agmine Peloponnesiorum classis diceretur, quod celerius insecutum perturbatum erat, et si Athenienses se hac confusione usuros mirati essent, intellegere possemus naves longius progressas exspectasse, dum quae relictae essent sequerentur, sicut in proelio ad Naupactum facto II 91, 5. Sed causa non erat, cur sinistrum cornu Peloponnesiorum invadere in dextrum Atheniensium propterea desineret, quod media acies hos paulo magis incomposita persequeretur. Contra si virgulam post Θρασύβουλον, id quod praeter alios suasit Dobr., ponimus [et accusativos τὰς . . . ἐπεχούσας ad ἠμύνοντο referimus, ad γνόντες autem ex iis, quae paulo ante dicta sunt, αὐτοὺς ἀτακτοτέρους γενομένους mente repetimus, qua de re cf. adn. 71, 2], omnia sunt perspicua. De ἐπέχ. cf. Herodot. IX 59 ἐπεῖχε ἐπὶ Λακεδαιμονίους." Arn. „'Επέχειν interpretari volunt ex loco Herodoti IX 59, ubi ἐπέχειν ἐπὶ Λακεδαιμονίους diversa constructione sententiaque diversa dicuntur Persae, qui Lacedaemonios fugientes persequuntur ita, ut eorum vestigia legant. Hic vero ἐπὶ σφίσιν ἐπέχειν videntur interpretari infestum advehi contra eos, quod licere aliis exemplis demonstrandum erat . . . Non tamen dubito, quin afferri potuerint etiam speciosiores loci, veluti ille Eurip. Heracl. 847 Εὐρυσθέως πώλοις ἐπεῖχε, et Plut. Pyrrh. 16 ἄνδρα κατιδὼν 'Ιταλὸν ἐπέχοντα τῷ Πύρρῳ καὶ τὸν ἵππον ἀντιπαρεξάγοντα. Sed in his quoque et constructio verbi diversa est et significatio; recte enim ibi intellegitur homo intentus in alterum, in quem unum vel currum vel equum dirigit, omissis reliquis omnibus, et quem ubique et mente et oculis sequitur . . . Quamobrem quoniam Arnoldi illa ratio ne alii quidem ulli vel diversae aetatis scriptori adhiberi tuto potest, profecto magis etiam debet videri a Thucydidis usu abhorrere, apud quem ἐπέχειν verbum, haud raro in describenda acie usurpatum, in hanc sententiam semper dicitur, ut sit obtinere aliquem locum sive in terrestri acie sive in navali. Vid. I 48, 2. 50, 2. III 107, 4. VII 62, 4." Haas. Lucubr. p. 103 sq. Qui hanc ob causam ἐπέχειν etiam hic eodem modo dictum esse arbitratus scribi vult τὰ ἐπὶ σφίσι vel etiam τὸ ἐπὶ σφίσι; accusativo enim careri non posse; ἐπὶ σφίσι vero ut alibi κατὰ σφᾶς intellegendum esse de acie adversa. Sed eodem quo κατὰ σφᾶς sensu ἐπὶ σφίσι dici posse aut a Th. dictum esse exemplis non est demonstratum. Altera autem scriptura ἔτι ἐχούσας ita tantum probari posset, si ad ἀτακτότεροι γενέσθαι respiceretur et ἐπέχειν idem valeret atque ἐν τάξει μένειν. Ad comprobandam autem Arn. sententiam idoneum videtur esse exemplum Herodoteum a Class. allatum: VI 49 δοκέοντες ἐπὶ σφίσι ἐπέχοντας (sic optimi libri, reliqui ἔχοντας) τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι (adversus se

κῆσαν τῶν Πελοποννησίων μέρος ὑπολαβόντες πεπλανημένας ἔκοπτόν τε καὶ ἐς φόβον τὰς πλείους ἀμαχεὶ καθίστασαν. οἵ τε Συρακόσιοι ἐτύγχανον καὶ αὐτοὶ ἤδη τοῖς περὶ τὸν Θράσυλλον ἐνδεδωκότες καὶ μᾶλλον ἐς φυγὴν ὁρμήσαντες, ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἑώρων.

1 106. Γεγενημένης δὲ τῆς τροπῆς καὶ καταφυγόντων τῶν Πελοποννησίων πρὸς τὸν Μείδιον οἱ δ' Ἀθηναῖοι ναῦς μὲν τῶν πο-

ὑπολαμβάνοντες It. Aug. Cass. Cl. Ven. Lugd. T.
Cap. **106.** § 1. *Μείδιον* Vat. It. Aug. Pal. Cass. M. γρ. Cl., vulgo *Πύδιον*. Cf. adn.

tendentes A. dedisse aquam et terram). Minus similis est quem idem affert Polybii locus: I 46, 9 ἐπεῖχον πρὸς τὴν ἐμβολὴν καὶ σύλληψιν τῆς νεώς et Herodoti (IX 59) ab Arn. adhibitus. Nisi vero satis defendi videretur ἐπεχούσας loco Herodoteo, ἐχούσας scriberemus pariter atque apud Herod. nonnulli editores scripturam ἔχοντας receperunt. — τῆς ἐπεξαγωγῆς. Cf. adn. 104, 4. — ὑπολαβόντες] ἤγουν δεξάμενοι. Schol. Bau. I 68, 4. 121, 3. Xen. Anab. I 1, 7 confert. At apud Xen. est excipere exsules, apud Thuc. surripere. Dobraeus a se ad VI 28 dicta conferri iubet, ubi alienissima et diversissima exempla ab eo allata esse explicat Haas. l. d. p. 105, qui „ego", inquit, „ὑπολαμβάνειν interpretor intercipere, in quam sententiam haud aliena sunt Baueri exempla [?], quibus addi etiam possit aliud VI 58, 2. Scilicet fugato sinistro Peloponnesiorum cornu liberum Atheniensibus fuit deinceps mediam aciei partem invadere, eamque deprehenderunt ab illo auxilio nudatam. Quod coniecit Dobraeus et mihi quoque in mentem venerat ἀπολαβόντες scribere, minus videtur aptum esse propterea, quod non ipsum impetum ab Atheniensibus factum significat', sed nudatam modo e, ab sinistro cornu abruptam aciem id quod citra impetum fieri potest." Quod scholiastae explanationem ita accipit Krueg., ut δέξασθαι sit sustinere impetum, haec notio palatis navibus parum videtur convenire. — ἐπειδὴ ... ἑώρων, scil. ἐς φυγὴν ὁρμήσαντας. Cf. adn. VII 69, 1.

Cap. **106.** § 1. γεγενημένης δὲ τῆς τροπῆς. Cladem Peloponnesiorum conspectis XXV navibus sociorum Atheniensium effectam esse narrat Diod. XIII 40, 4. At vid. Krueg. ad Dion. p. 320 sq. — Μείδιον. Vulgo *Πύδιον*. Neutrum nomen aliunde notum. „Fluvium eundem esse existimat Hobbesius, quem Ῥόδιον appellat Strabo [p. 595]." Huds. „Nescio, an huc spectet Hesychius: Πύθιον τὸ ὕδωρ· Θουκυδίδης. Sic et Phavorinus. Fort. legendum Πύδιον τὸ ὕδωρ. [M. tamen Schmidt. τὸ ὕδωρ del. allegans VI 54, 6. 7.] Πύδης flumen in Pisidia agnoscit Steph., [et huic regioni propior Πίδυς, qui Homero Κάρησος, apud Eustath. ad Hom. Il. XII 20,] de Pydio [vel Midio] silent geographi. Circa Cynossema [inter Abydum et Dardanum] est Ῥόδιος ποταμός, ut ex Homero observavit Strabo, nunc, inquit Hesychius, Δάρδανος." Wass. De Rhodio vid. Forbig. Geogr. II p. 118. Sed praeter eum in

λεμίων ὀλίγας ἔλαβον, ἡ μέντοι νίκη αὕτη ἐπικαιροτάτη αὐτοῖς ἐγένετο.

*μάλιστα ποταμὸν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ ἐς Ἄβυ-
δον, ναῦς μὲν ὀλίγας ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι (στενὸς
γὰρ ὢν ὁ Ἑλλήσποντος βραχείας τὰς ἀποφυγὰς
τοῖς ἐναντίοις παρεῖχε), τὴν μέντοι νίκην ταύτην
τῆς ναυμαχίας ἐπικαιροτάτην δὴ ἔσχον. φοβού-* 2
*μενοι γὰρ τέως τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν
διά τε τὰ κατὰ βραχὺ σφάλματα καὶ διὰ τὴν ἐν
τῇ Σικελίᾳ ξυμφοράν, ἀπηλλάγησαν τοῦ σφᾶς τε
αὐτοὺς καταμέμφεσθαι καὶ τοὺς πολεμίους ἔτι
ἀξίους του ἐς τὰ ναυτικὰ νομίζειν. ναῦς μέντοι* 3
*τῶν ἐναντίων λαμβάνουσι Χίας μὲν ὀκτώ, Κοριν-
θίας δὲ πέντε, Ἀμπρακιώτιδας δὲ δύο καὶ Βοιω-
τίας δύο, Λευκαδίων δὲ καὶ Λακεδαιμονίων καὶ
Συρακοσίων καὶ Πελληνέων μίαν ἑκάστων· αὐτοὶ
δὲ πεντεκαίδεκα ναῦς ἀπολλύασι. στήσαντες δὲ* 4
*τροπαῖον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ οὗ τὸ Κυνὸς σῆμα καὶ τὰ
ναυάγια προσαγαγόμενοι καὶ νεκροὺς τοῖς ἐναν-
τίοις ὑποσπόνδους ἀποδόντες ἀπέστειλαν καὶ ἐς
τὰς Ἀθήνας τριήρη ἄγγελον τῆς νίκης. οἱ δὲ ἀφ-* 5
*ικομένης τῆς νεὼς καὶ ἀνέλπιστον τὴν εὐτυχίαν
ἀκούσαντες ἐπί τε ταῖς περὶ τὴν Εὔβοιαν ἄρτι*

§ 2. *τε γὰρ* Vat. Cf. adn. VII 81, 3.

§ 3. *καὶ Βοιωτίας δύο* om. Vat. et Diod. Sic. XIII 40, 5, qui tamen mox etiam *Λακεδαιμονίων* non addit.

Πελληναίων omnes praeter Vat. Cl. Ven. Cf. Steph. Byz., qui *ἡ Πελλήνη*, inquit, *δύο μόνα ἐθνικὰ ἔχει, τὸ εἰς ευς καὶ τὸ διὰ τοῦ ιος.*

§ 4. *προσαγόμενοι* complures boni libri praeter Vat. At sequitur *ἀποδόντες*.

τριήρει Aug. Pal. Cass. Reg. T. et Valla: nuntium victoriae triremi miserunt. At cur uni nuntio tribuatur quod apte de tota triremi praedicetur, non apparet. Cf. III 36, 3 *πέμπουσιν οὖν τριήρη ὡς Πάχητα ἄγγελον τῶν δεδογμένων.*

hac vicinia sunt Practius et fortasse alter quidam rivulus. Vid. Forbig. ibid.

§ 2. *τὰ κατὰ βραχὺ* (paulatim accepta, de quo cf. adn. IV 96, 4) *σφάλματα.* Sunt clades ad Oropum (95) et Elaeuntem (102) et iam antea ad oram Asiae acceptae (42. 61, 3).

§ 3. *πεντεκαίδεκα.* „Diod. *πέντε.*“ Duk. Cf. Krueg. ad Dion. p. 323.

§ 4. *οὗ τὸ Κυνὸς σῆμα.* De omisso *ἐστί*, quod addidit Diod., cf. adn. I 16. — *προσαγαγόμενοι*] *ἤγουν ἰδιωσάμενοι.* Schol. Cf. adn. I 54, 1. — *νεκρούς.* De articulo omisso vid. adn. I 54, 1.

§ 5. *ἐπί τε ταῖς ξυμφο-*

ξυμφοραῖς καὶ κατὰ τὴν στάσιν γεγενημέναις πολὺ ἐπερρώσθησαν καὶ ἐνόμισαν σφίσιν ἔτι δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα, ἢν προθύμως ἀντιλαμβάνωνται, περιγενέσθαι.

1 107. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν ἡμέρᾳ τετάρτῃ
ὑπὸ σπουδῆς ἐπισκευάσαντες τὰς ναῦς οἱ ἐν τῇ
Σηστῷ Ἀθηναῖοι ἔπλεον ἐπὶ Κύζικον ἀφεστηκυῖαν·
καὶ κατιδόντες κατὰ Ἁρπάγιον καὶ Πρίαπον τὰς
ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὀκτὼ ναῦς ὁρμούσας, ἐπι-
πλεύσαντες καὶ μάχῃ κρατήσαντες τοὺς ἐν τῇ γῇ
ἔλαβον τὰς ναῦς. ἀφικόμενοι δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Κύ-
ζικον ἀτείχιστον οὖσαν προσηγάγοντο πάλιν καὶ
2 χρήματα ἀνέπραξαν. ἔπλευσαν δὲ ἐν τούτῳ καὶ οἱ

ἔπειτα οἱ μὲν Ἀθηναῖοι Κύζικόν τε ἀφεστηκυῖαν καὶ ὀκτὼ πλοῖα αἱροῦσιν, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι τῶν ἐν Ἐλαιοῦντι σφετέρων νεῶν τὰς ἀκεραίους κομίζονται.

Cap. 107. § 1. καὶ ἀτείχιστον Vat. ἔπραξαν Reg. F. Cf. adn.

ραῖς. Spectat ad pugnam navalem ad Oropum commissam et insulae defectionem. Particula τέ cum καί ante ἐνόμισαν iungenda est, non, ut Class. vult, cum eo quod ante κατὰ τὴν στάσιν legitur. Certe hic traiectionis quam statuit exempla afferre debebat. — ἐνόμισαν ... περιγενέσθαι. „Ἐνόμισαν σφίσιν ἔτι δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα περιγενέσθαι idem est ac si dixisset ἔτι δυνατὸν εἶναι σφῶν τὰ πράγματα περιγενέσθαι ... Sic III 86, 4 πρόπειράν τε ποιούμενοι εἰ σφίσι δυνατὰ εἴη τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πράγματα ὑποχείρια γενέσθαι [nisi quod ibi σφίσι pendet ex ὑποχείρια]. Dativis porro αὐτῷ, αὐτοῖς, σφίσι, quam plurimis locis ita utitur Thukydides ... Vid. ad III 98, 1.“ Duk.

Cap. 107. § 1. οἱ ἐν τῇ Σηστῷ Ἀθ. Eo enim ante ipsam pugnam cursum dirigebant. Cf. 104, 1. — ἐπὶ Κύζικον ἀφεστηκυῖαν. Diod. XIII 40, 6 αὕτη γὰρ πρὸ τῆς ναυμαχίας ἦν ἀφεστηκυῖα πρὸς Φαρνάβαζον ... καὶ Κλέαρχον. — Ἁρπάγιον. „Ἁρπάγια Stephano, Ἁρπαγεῖα Straboni [p. 587, qui docet esse ἐν τῇ μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῆς Πριαπηνῆς].“ Huds. Cf. Forbig. l. d. p. 129. Fuit igitur proprie post Priapum nominandum, siquidem Athenienses prius Priapum pervenerunt. Sed non minus respicere potuit viam qua octo naves a Byzantio profectae tendebant. — Πρίαπον. Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν· κτίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων φασίν, ... οἱ δὲ Κυζικηνῶν· ἐπώνυμος δ' ἐστὶ τοῦ Πριάπου τοῦ τιμωμένου παρ' αὐτοῖς. Strab. p. 587. Cf. Forbig. l. d. — ὀκτὼ ναῦς. Cf. 80, 4 ibique adn. — ἀτείχιστον οὖσαν. Cf. adn. 35, 3. Consentit Diod., atque similiter Xerxis aetate hanc urbem muris non firmatam fuisse tradere Herodotum [VI 33], non multo autem post ea tempora, de quibus loquatur Thucydides, muris eam cinctam et postea munitissimam fuisse demonstrat Wass. ad h. l. Add. interpr. Front. III 9, 6. — χρήματα ἀνέπραξαν. Diod.

Πελοποννήσιοι ἐκ τῆς Ἀβύδου ἐπὶ τὸν Ἐλαιοῦντα καὶ τῶν σφετέρων νεῶν τῶν αἰχμαλώτων ὅσαι ἦσαν ὑγιεῖς ἐκομίσαντο (τὰς δὲ ἄλλας Ἐλαιούσιοι κατέκαυσαν), καὶ ἐς τὴν Εὔβοιαν ἀπέπεμψαν Ἱπποκράτη καὶ Ἐπικλέα κομιοῦντας τὰς ἐκεῖθεν ναῦς.

Ἀλκιβιάδης ἐς Σάμον καταπλεῖ καὶ Ἁλικαρνασσέας τε χρήματα ἐκπράσσει καὶ Κῶν τειχίζει.

108. Κατέπλευσε δὲ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρό- 1
νους τούτους καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης ταῖς τρισὶ καὶ δέκα ναυσὶν ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος ἐς τὴν Σάμον, ἀγγέλλων ὅτι τάς τε Φοινίσσας ναῦς ἀποστρέψειε, Πελοποννησίοις ὥστε μὴ ἐλθεῖν, καὶ τὸν Τισσαφέρνη ὅτι φίλον πεποιήκοι μᾶλλον Ἀθηναίοις ἢ πρότερον. καὶ πληρώσας ναῦς ἐννέα πρὸς 2
αἷς εἶχεν Ἁλικαρνασσέας τε πολλὰ χρήματα ἐξέπραξε

108. § 1. *τε* post *τάς* om. Aug. Pal. M. Cass. E. T. Quae omissio ob *ὅτι* ante *φίλον* iteratum probanda esset, nisi post hanc particulam saepe leve anacoluthon reperiretur. Cf. adn. I 16.
τοῖς ante *Πελοπ.* om. omnes praeter Vat.
§ 2. *Ἁλικαρνασσέας* cum Vat. pars librorum. Cf. sd. 42, 4.
ἔπραξε pr. m. et deteriores aliquot. Cf. adn. 107, 1.

l. l. *χρήματα πραξάμενοι τοὺς Κυζικηνούς.* „Etiam Reg. *ἔπραξαν.* Multo usitatius est hac significatione simplex [et *εἰσπράσσειν*] quam compositum [*ἀναπρ.*]. Nec intellego, quae hic sit vis praepositionis *ἀνά.*" Duk. „*Ἀναπράσσειν* est *εἰσπράσσειν* ex debito et *ἐξ ὑποσχέσεως ὀφειλόμενα.* Cf. II 95, 1. Dorvill. in Char. p. 35 [220 Lips.]." Bau. post Abresch. Sic *ἀναπράσσειν* bis Xenoph. in Anab. (VII 6, 40. 7, 31) idemque *συναναπρ.* ibidem VII 7, 14. *Ἐκπράσσειν* 108, 2, ubi rursus nonnulli libri simplex praebent.

§ 2. *τῶν σφετέρων νεῶν τῶν αἰχμαλώτων*] *ἃς αἰχμαλώτους ἀπῆγον Ἀθηναῖοι.* Gl. Lugd. Intelleguntur igitur naves apud *Κυνὸς σῆμα* ab Atheniensibus expugnatae 106, 3. Elaeuntem igitur tanquam in tutum has naves deductas esse hic demum comperimus. — *Ἱπποκράτη καὶ Ἐπικλέα.* Solum Epiclem nominat Diod. XIII 41, 1. — *τὰς ἐκεῖθεν ναῦς.* Vid. 95 et de attractione adn. I 62, 4. Has autem naves, cum adveherentur, circa Atho montem naufragio perisse universas narrat Diod. XIII 41, 2, qua de re suspicionem movet Krueg. ad Dion. p. 323 sq.

Cap. **108.** § 1. *Κατέπλευσε ... ὁ Ἀλκιβιάδης.* Cf. Diod. XIII 41, 4. — *ταῖς τρισὶ καὶ δέκα ναυσίν.* Cf. 88. — *ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος.* De collocatione horum nominum vid. adn. 88 extr. — *ἀγγέλλων*, nuntium afferens. Itaque non probamus Meinekii (Herm. III p. 361) coniecturam *ἀγγελῶν.* — *ἀποστρέψειε.* Cf. adn. V 75, 2. — *τὸν Τισσαφέρνη ὅτι.* De postposito *ὅτι* cf. adn. I 10, 2. 144, 2.

§ 2. *καὶ πληρώσας ... ἐξέπραξε.* Cf. Diod. XIII 42, 2, ubi pro postremis *ἐκπλεύσας*

καὶ Κῶν ἐτείχισε. ταῦτα δὲ πράξας [καὶ] ἄρχοντα ἐν τῇ Κῷ καταστήσας πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη ἐς τὴν Σάμον κατέπλευσε.

3 Καὶ ὁ Τισσαφέρνης ἀπὸ τῆς Ἀσπένδου, ὡς ἐπύθετο τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐκ τῆς Μιλήτου ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πεπλευκυίας, ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τῆς Ἰωνίας. 4 ὄντων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, Ἀντάνδριοι (εἰσὶ δὲ Αἰολῆς) παρακομισάμενοι ἐκ τῆς Ἀβύδου πεζῇ διὰ τῆς Ἴδης τοῦ ὄρους ὁπλίτας ἐσηγάγοντο ἐς τὴν πόλιν, ὑπὸ Ἀρσάκου τοῦ Πέρσου, Τισσαφέρνους ὑπάρχου, ἀδικούμενοι, ὅσπερ καὶ Δηλίους τοὺς Ἀτραμύττειον κατοικήσαντας, ὅτε ὑπ' Ἀθηναίων Δήλου καθάρσεως ἕνεκα ἀνέστησαν, ἔχθραν προσποιησάμενος ἄδηλον καὶ ἐπαγγείλας στρατείαν αὐτῶν τοῖς βελ-

Τισσαφέρνης ἐς τὴν Ἰωνίαν ἐλαύνει, ἔνθα τοὺς Ἀρσάκου, τοῦ ὑπάρχου αὐτοῦ, φρουροὺς Ἀντάνδριοι ἐκβάλλουσι.

καὶ ἄρχοντα Vat., καὶ ἄρχοντας Lugd. I., ἄρχοντας reliqui. § 4. Ἀδραμύτειον Vat., Ἀδραμύττειον I., reliqui Ἀδραμύττιον vel Ἀτραμύττιον. Cf. sd. V 1. στρατιὰν codd. Cf. adn.

εἰς Ἁλικαρνασσὸν παρὰ τῆς πόλεως εἰσεπράξατο χρήματα. — καὶ Κῶν ἐτείχισε. Con vastatam esse ab Alcibiade male scribit Diod. XIII 42, 3; neque enim hostilis erat Atheniensibus. Vid. 41, 2. — πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη. „Si μετόπωρον et φθινόπωρον non differunt, quae est opinio Schaeferi ad Longum p. 341 et Ideleri Chronol. I p. 245. 250 sq., praesenti loco mensis Sept. significari putandus est, ut VII 87, 1. Eundem mensem significat τὸ φθινόπωρον II 31, 1. III 18, 3.“ Goell. Cf. adn. II 31, 1. Ceterum Samo Alcibiades in Hellespontum se contulit. Vid. Xen. Hist. Gr. I 1, 5 et ibi Schneid.

§ 3. τῆς Ἀσπένδου. Cf. 87, 1. — τὰς τῶν ... πεπλευκυίας. Vid. 99. — ἀναζεύξας. Ἐπαναστρέψας et ὑποστρέψας male explicant schol. et Hesych. Valet castris motis, ut saepe apud alios.

§ 4. παρακομισάμενοι] ἤγουν λεληθότως καὶ ἔξω τῆς προκειμένης ὁδοῦ ἀγαγόντες. δῆλον δὲ τοῦτο διὰ τοῦ εἰρηκέναι ὅτι διὰ τοῦ ὄρους, δηλονότι δι' ὁδοῦ ἀτρίπτου καὶ ἀσυνήθους. Schol. De re cf. Diod. XIII 42, 4, qui μετεπέμψαντο παρὰ Λακεδαιμονίων στρατιώτας dicit. — Τισσαφέρνους ὑπάρχου. Cf. adn. 16, 3. Ceterum attende tunc Tissapherni paruisse Antandrum, etsi Aeolidem Pharnabazo, qui eam Zenidi eiusque uxori Maniae regendam permisit, subiectam fuisse e Xen. Hist. Gr. III 1, 11 apparet. Cf. quae de Antandro apud eundem leguntur ibid. I 1, 25. 26. — Δηλίους τοὺς ... κατοικήσαντας. Vid. V 1. — ἔχθραν προσποιησάμενος ἄδηλον, simulans inimicitias ignotas (quae nemini notae erant) sibi esse. — στρατείαν iure reponendum esse censuit

τίστοις, ἐξαγαγὼν ὡς ἐπὶ φιλίᾳ καὶ ξυμμαχίᾳ, τη-
ρήσας ἀριστοποιουμένους καὶ περιστήσας τοὺς ἑαυ-
τοῦ κατηκόντισε. φοβούμενοι οὖν αὐτὸν διὰ τοῦτο 5
τὸ ἔργον μή ποτε καὶ περὶ σφᾶς τι παρανομήσῃ, καὶ
ἅμα ἐπιβάλλοντος αὐτοῦ ἃ φέρειν οὐκ ἠδύναντο,
ἐκβάλλουσι τοὺς φρουροὺς αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀκρο-
πόλεως.

τοῦτο δὲ αἰσθόμενος ὁ Τισσαφέρνης ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, τοῖς Πελοποννησίοις μεμψόμενος διανοεῖται ἀπιέναι, καὶ ἀφικνεῖται ἐς Ἔφεσον.

109. Ὁ δὲ Τισσαφέρνης αἰσθόμενος καὶ τοῦ- 1
το τῶν Πελοποννησίων τὸ ἔργον καὶ οὐ μόνον
τὸ ἐν [τῇ] Μιλήτῳ καὶ Κνίδῳ (καὶ ἐνταῦθα γὰρ
αὐτοῦ ἐξεπεπτώκεσαν οἱ φρουροί), διαβεβλῆσθαί
τε νομίσας αὐτοῖς σφόδρα καὶ δείσας μὴ καὶ
ἄλλο τι ἔτι βλάπτωσι, καὶ ἅμα ἀχθόμενος εἰ
Φαρνάβαζος ἐξ ἐλάσσονος χρόνου καὶ δαπάνης

τοῦ ἑαυτοῦ Vat.
§ 5. *ἄλλα* pro *ἅμα* codd. Cf. adn.
Cap. **109.** § 1. *τῇ* om. Vat. cum parte reliquorum librorum. *νομίσας αὐτοὺς* Aug. Pal. M. Cass. T. et sex deteriores. „Quod . . . ex iis exponi potest, quae ad 88, 1 dicta sunt.“ **Dnk.** Sed recepto *αὐτούς* additum velis *οἱ*, ut dativus additus legitur 81, 2 et 83, 1, ubi vid. adn.

Ae. Port. Nam exercitus civitatibus imperantur (cf. III 16, 3. VII 17, 1), non singulis civibus, ut hic *τοῖς βελτίστοις*; hi ad expeditiones evocantur. De *ἐπαγγέλλειν στρατείαν* cf. Dion. Hal. Antiqu. IX 57. — *τοῖς βελτίστοις*, *den Tüchtigsten*. Cf. VII 19, 3 et adn. VIII 47, 2.

§ 5. *φοβούμενοι* (simul audi *οἱ Ἀντάνδριοι*) *οὖν αὐτὸν μή ποτε* . . . De syntaxi cf. adn. II 21, 1. — *ἅμα*. In *ἄλλα*, quod codd. habent, iure offendit Krueg. (nam alia, quae Antandriis Arsaces imposuerit, non memorata sunt) coniecitque *ἄττα*, qua pronominis indefiniti forma Th., quantum meminimus, alibi non usus est. Itaque faciliore etiam mutatione *ἅμα* hic ut 69, 1 rescripsimus. Putamus autem ipsam iniuriam, qua Antandrii ab Arsace afficiebantur (*ἀδικούμενοι* § 4), in eo fuisse quod hic intolerabilia iis imponebat. Class. quidem dicit *ἄλλος* saepe non ad res eiusdem generis referri: sed nos nullo modo perspicimus, quomodo quisquam alia imponere possit, qui antea nihil imposuerit, nisi alia atque alius imponat. Utique vellemus Class. sententiam suam exemplis illustrasset et comprobasset. Nam longe aliter se habent de quibus dictum est in adn. IV 118, 5.

Cap. **109.** § 1. *καὶ τοῦτο τῶν Π. τὸ ἔργον*, hoc quoque Peloponnesiorum facinus, scil. quod Antandrios in expellendo Arsacis praesidio adiuverant. Sine necessitate Class. *ὃν* post *ἔργον* addidit. Et sic articulus ante *ἔργον* omittendus erat. — *τὸ ἐν Μιλήτῳ*. Hoc narratum est 84, 4. — *ἐνταῦθα*, Cnidi. Nam facinus ibi patratum antea non narratum est, sed hic demum significatur. — *διαβεβλῆσθαί τε νομίσας αὐτοῖς*. „Verba haec ita accipienda

δεξάμενος αὐτοὺς κατορθώσει τι μᾶλλον τῶν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, πορεύεσθαι διενοεῖτο πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, ὅπως μέμψηταί τε τῶν περὶ τὴν Ἄντανδρον γεγενημένων καὶ [τὰς διαβολὰς καὶ] περὶ τῶν Φοινισσῶν νεῶν καὶ τῶν ἄλλων εὐπρεπέστατα ἀπολογήσηται. καὶ ἀφικόμενος

μέμψηταί τι τῶν Vat. It. Aug. Pal. M. Cass. Cl. Ven. D. I. T. At non aliquid ex iis, quae Antandri gesta erant, Tissaphernes vituperaturus erat, sed facinus ibi patratum ipsum. Et de genetivo cum μέμφεσθαι iuncto vid. Krueg. Gr. § 74, 21.

ἀπώσηται post διαβολὰς addunt M. Cl. Ven. Ar. Chr. Dan. Lugd. F. marg. m. Schol. λείπει ἀπώσηται. Ex interpretatione videtur fluxisse. Ita si est, cum eo coniunctum fuit τὰς διαβολὰς simulque delendum est. Cf. adn.

esse videntur, Tissaphernem existimasse se admodum invisum esse Peloponnesiis et in eorum odium incurrisse; cuius rei causas exposuit Thucydides supra c 78 et sqq. Nam διαβάλλειν dicitur qui alium in invidiam et odium adducit: Thuc. III 109, 2 Λακεδαιμονίους καὶ Πελοποννησίους διαβαλεῖν ἐς τοὺς ἐκείνῃ χρῄζων Ἕλληνας; διαβάλλεσθαι qui invisus et odiosus redditur: IV 22, 3 μὴ ἐς τοὺς ξυμμάχους διαβληθῶσι, ubi schol. ψεχθῶσι, μισηθῶσι." Duk. — μᾶλλον, scil. quam ipse Tissaphernes. — τῶν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. Genetivus pendet ex pronom. indefinito. — καὶ [τὰς διαβολὰς καὶ] ... ἀπολογήσηται. Haec insolentius scripta sunt. Nam Attice haud facile dicitur ἀπολογεῖσθαί τι, purgare aliquid, sed ἀπολογεῖσθαι (se excusare, *sich ausreden*) περί τινος, ὑπέρ τινος, interdum πρός τι (VI 29, 1). Apud Plat. enim Crit. 54 b ταῦτα πάντα ἀπολογεῖσθαι significant haec omnia defensionis causa afferre, et verba τὰ μὲν ἐς τὸν μηδισμὸν τοσαῦτα ἀπολογούμεθα III 62, 6 item verti possunt: quod attinet ad studium Medorum, haec ad nos defendendos afferimus. His igitur locis accusativum habemus interioris quod dicitur obiecti. Tales accusativos omnia verba secum habere possunt, etiamsi cum accusativo exterioris obiecti non iunguntur. Eiusdem generis esse quod Class. affert Dem. XLIII 9 ἀπολογήσασθαι οὐδὲ πολλοστὸν μέρος ὧν κατεψεύδοντο facile intelleges, si huius loci contextum paulo diligentius examinaveris. Neque diversum est δίκην ἀπολογησάμενος 68, 2, quippe quod non valeat *sich gegen einen Process* vel *wegen eines Processes*, sed *sich in einem Processe vertheidigen*. Cf. Krueg. Gr. § 46, 6 adn. 2. Neque quicquam pertinent ad Attici sermonis usum exempla ex posterioris aetatis scriptoribus (Polyb. Cass. Dion. Procop.) allata. Cum igitur τὰς διαβολάς ad ἀπολογήσηται referri nequeat, si interpretis est ἀπώσηται, quod in M. et aliquot deterioribus libris post διαβολάς additur, eidem tribuendum est τὰς διαβολάς, quod, cum ad ἀπολογήσηται non referatur, cum illo iungendum est, nisi mavis καί post διαβολάς deleto ἀπολύσηται (ἀπολύσεται Cob. Var. lect. p. 368. Sed cf. Stahl. Quaest. gramm. p. 11) legere (cf.

πρῶτον ἐς Ἔφεσον θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι. [ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν 2 καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται.]

§ 2. ὅταν . . . πληροῦται om. I. et primus damnavit Dodwell. in Annal. Thuc. Qui „nec enim plane video", inquit, „cur abrupto Tissaphernis itinere ad hiemem, cuius gesta nulla complexus est, properet. Hiemis certe huius mentionem nullam videtur apud illum repperisse Xenophon, qui alia addit huius aestatis gesta ante hiemem. Sic porro loquitur huius sententiae auctor, quasi nondum elapsa esset hiems illa, cum haec commentaretur ipse Thucydides, quod nos falsissimum esse in horum annalium apparatu e Thucydide ipso probavimus; multis enim post . . . annis opus hoc a se elucubratum agnoscit." Recentiores editores et interpretes uno ore hunc pannum a Bekk. nunc adeo expunctum damnant praeter Dukam et Kruegerum. Ille δοκεῖ, inquit, ἐκ τῆς τοιαύτης φράσεως ὁ ἡμέτερος συγγραφεὺς ἀπεγνωκέναι τοῦ δοῦναι τέλος συμπάσῃ τῇ ἱστορίᾳ, μηδὲ τὸ εἰκοστὸν καὶ ἓν σύμπαν πληρώσας ἔτος αὐτῆς, ἢ καὶ ἐγγὺς τοῦ τέλους βίου γενόμενος. Krueger autem ad Clinton. Fast. Hellen. a. 411, si statuas octavum Thucydidis librum merum ὑπόμνημα esse, haec defendi posse contendit. Quarum defensionum neutra nobis satisfacit.

87, 1. Plat. de Rep. 499 e. Dion. Hal. Antiqu. III 72). — θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι. Cur hoc commemoratione dignum visum sit Thucydidi, utrum quod desiderium Iones conciliandi indicet an quod alio modo consilia satrapae adiuverit, coniciendum relinqui scribit Thirlw. Hist. Gr. IV p. 81; ipsam Dianam Ephesiam minus Graecam quam Asianam deam fuisse et arcte coniunctam cum praecipuis diis Persicis. Ceterum Tissaphernem aliquanto post in Hellespontum pervenisse discimus ex Xen. Hist. Gr. I 1, 9.

Corrigenda.

Gravissimus error in eo est, quod p. 38 adn. col. sinistr. v. 30 ante vocem Krueger excidit § 4. καὶ ὁ πεζὸς μετ' αὐτῶν.

Leviores hi sunt:

p. 7 adn. col. dextr. v. 8 lege ἄγαν pro ἂν.
p. 13 adn. col. sin. v. 14 l. ab pro ob.
p. 15 sd. v. 2 l. ὡς ἐς τριακ. Vat.
p. 24 adn. col. sin. v. 11 sq. haec verba: ταύτῃ, Cenchreis. Cf. 10, 1. post proximum § 4. collocanda erant.
p. 26 adn. col. dextr. v. 8 l. proficiscerentur.
p. 38 sd. v. 1 l. praeter.
p. 38 adn. col. dextr. v. 22 l. totidem.
p. 43 adn. col. dextr. v. 6 l. potestatem.
p. 47 adn. col. dextr. v. 31 l. appellat.
p. 49 sd. v. 6 l. μεθ' ὧν.
p. 69 adn. col. dextr. v. 26 l. aggressi.



U. C. BERKELEY LIBRARIES
C046529230

Thucydides. 4.
80962.